



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](#)

M 1 Th. 483 E.
35.

TRACTATVS

DE EXECV-
TORIBVS VLTI-
MARVM VOLVNTA-
tum duorum celeberrimo-
rum iurisconsulto-
rum.

IOAN. IACOBI à
Canibus Patauini.

IOAN. OLDEN-
dorpj.

Cùm summarij & indice me-
thodico.

CONSTANTIAE.

Ex officina Leonhar-
di Straub.

M. D. XCIII.

DE PEXEA

LORIBAS VITI

MARIA MOLIVATY

lumina - - - - -

luminalis - - - - -

luminalis - - - - -

10 AM. 1500814

Campi Tigrini

10 AM. 0500814

luminalis - - - - -

Cum luminalis - - - - -

luminalis - - - - -

CONSTANTINE

Ezofolias Peculiar

of singular

SC. XCII

P R A E F A T I O.

Mnes homines, qui v̄su pa-
rētum ac patriæ, benè mo-
rati sunt, & semper in ali-
quo præclaro negotio ab
ineunte (vt aiunt) ætate versati, ali-
cuius rectè facti ac bonæ artis famam
quærere cupiunt, non solum ab omni
vitio & turpitudine sese immunes red-
dunt: verūm etiam alijs prodesse om-
ni ope curaꝝ nituntur. Idcircò ma-
iores nostri, quorum dicta & facta ma-
gis mirari, quam prosequi possumus,
semper aliorum inuenta laudabiliter
tueri augereꝝ nitentes, ea velut no-
bile patrimonium à suis progenitori-
bus derelicta, vſq; ad suprema fastigia
& rerum apices euexerūt. Idꝝ vel hoc
præcipuo documento in vestra præ-
clarissima ciuitate licet intueri: quod
viri optimi, & benè de repub. meriti,
non somno aut luxui se corrumpen-
dos sinunt, sed quod supremæ agunt
ætatis, gratissimum & pinguedinum
patri holocaustū offerentes pro quic-

A 2 te, ac

P R A E F A T I O.

te, ac ocio pietatis, ac beneficentia
onera complent. Templo diui Mar-
ci cumulatissimè dicatos thesauros,
castissimè custodiunt: Piaque dece-
dentiū desideria complere, ac ef-
fectui mancipare impensius student:
& pro pupillis & miserabilibus per-
sonis tutelas excipiūt. Quò fit, vt tota
ciuitas vniuersusque senatus illos in ter-
ris, diuinam potiūs, quām humanam
vitam degere contemplati, dictaturas
& consulatus offerant: & inter ipsos
illusterrimos patrię patres, supremam
dignitatem velut gremio tūtissimo lo-
cent. Et si humanæ conditionis euētu,
dux ad superos euolet, ex tali nume-
ro summæ rerum vnum pr̄ficerē con-
sueuerunt. Tātorum igitur patrum in
perficiendis obeuntium volūtatibus,
experienciā inestimabilem admiratus,
deliberaui quēdam tractatulum exe-
cutorum supremi iudicij, ex iuris fon-
tibus haustum, & à me nuper enuclea-
tum tanto quidem ordini conuenien-
tissimum,

P R A E F A T I O.

tissimum, tuæq; clementiæ de illis vni
certè præstantissimo dedicare, non vt
te quidem monerem, qui & naturæ &
exercitationis vsu ad omnia præclara
facinora & natus, & aptus es, verum
potius, vt quæ in iure scripta, & à ma-
ioribus nostris in vnum congesta atq;
redacta sunt contemplatus, ipsa illa in
te flore recognoscas, & continuo vsu
facias meliora. Scripsit enim de his li-
bellum Ioan. Blanchus Marsiliens. non
doctor, sed doctus circiter annum
D. M. C C L X I I I . Quatuor rubricis,
vnâ generali, & tribus specialibus di-
stinctum, ac quæstionibus. 135. Eo-
demq; modola. de are. doctor illustris,
compedium fideicómissarium appellatū, quadrifariā diuisum, dereliquit.
Tractatumq; de his secere Vbertus de
Bobio, Ros. & Odo. Iac. Balduinus, Ni-
colausq; matarelli Mutinensis quos
Spec. & Ioan. And. in addi. cōsecuti
sunt. Cy. verò. & Legistæ in l. id, quod
pauperibus. l. nulli, & l. si quis ad de-

A 3 clinan-

P R A E F A T I O.

dam. C. de epi. & cle. Bar. & pleriq[ue] in.
1. cùm quidā ff. de lega. 2. Et Canon. in.
c. nos quidē. c. tua nos. & .c. Ioā. de te-
sta. c. fin. eo. tit. li. 6. & in cle. c. vlt. rem
ipsam mirificè ampliarūt. Quid alio-
rum consilia & allegationes referātur?
Non leue quidem volumen efficerem,
si vellem singulos recēdere. Inest præ-
tereà summa varietas, ordo, perplexi-
tas, adeò quòd si singulos cōsequi vel-
lem, nec dici facilē, necq[ue] audiri patien-
ter posset, Quare facilitati potius, quā
nīmīæ subtilitati studens, in luculentā
reduxi culturā. Ex qua sperandum est,
meo iudicio, fructus vberes prouenire.
Ordo aut̄ dicendorū conueniens esse
videbitur, si primo loco de ortu per
diffinitionē, nomē diuisionē, ac cōsti-
tutionē ipsorū differamus. Posteà ve-
rō, secūdo loco de officio & potestate,
modo, & facultate dicetur, Tertiō ve-
rō, de ipsorum exitu ac fine scribendo.
Et de ipsorum commodis & damnis
differetur. A primio igitur exordien-
tes, aliqua præmittemus.

PRIMA TRACTATVS
PARTICVL A.

S V M M A R I V M.

1. Hæres voluntatem defuncti adimplere tene-
tur: & eō adigitur tribus potissimum actionibus.
2. Hæres ad fideicomissa tenetur: perinde atq;
ad legata: quia idem ius.
3. Hæredum gradus, cur plures substituti.
4. Pœna non adimplentium voluntatē defuncti.
5. Executoris vltimæ voluntatis diffinitio: eiusq;
explicatio.
6. Executores vltimarum voluntatum, rectè te-
stamentarij dicantur & nume. 20.
7. Executores vltimarum voluntatum, dicuntur
etiam diuisores. Et quid ita Item. distributores.
num. 8. Alias variasq; appellations. Vide nu-
me. 10. 11. 14. 16. 17. 19. & 21.
9. Diuidere, quid.
12. Ut, dictio, adiecta, vel subaudit a, modum ne-
cessariò implendum, denotat.
13. Testatoris voluntas seruanda est. & quomo-
do ea accipiatur in constitutione Gardiani sim-
pliciter facta.
15. Negotiorum gestor , quis. Eius munus: item
& executoris: varium quidem illud.
18. Legatarij & fideicomissarij ex testamento
lucrum capiunt executores autem testamento-
rum, minus.
22. Executores in triplici sunt differentia & va-
riè constituuntur &. num. 23.
24. Executores qui nam dentur à lege.
25. Diœcesani appellatione, comprehenditur so-
lus Episcopus, in odiosis.
26. Episcopi si tres concurrant, domicilij, origi-
nis, & rei sitx, quis eorum potius executor ad-
mittatur.

A 4



IOAN. IACOB. à CANIBVS

mittatur. disting.

27. Executores daturi, quisint. Et cur sic dicti.
28. Executores daturi constitutio, quorum praesentiam requirat.
29. Monachus nequit esse testameti executor, & quid ni.
30. Monachus negotia ciuilia vel ecclesiastica tractare non potest, nisi Episcopo præcipiente, & necessitate virgente.
31. Monachus potest executor decerni in relictis pijs.
32. Monachos ad hoc ut decernatur executor piorum relictorum, a quo petenda sit venia.
33. Papa quando sit consulendus, ad constituentem monachum executorem testamenti. Ibidem, quam late pateat Papæ potestas.
34. Canonici regulares, an prohibeantur esse executores testamentorum.
35. Abbas, & similes Prælati, an possint decernit testamentorum executores.
36. Abbates, possunt esse iudices.
37. Frater mendicans, non potest constitui testamenti executor. Et quid de fratribus minoribus. num. 39.
38. Prohibita multa fieri, quæ facta tamen tenent.
40. Executores testamentorum, quare repellantur clerici.
41. Clericorum & sacerdotum appellatione, omnes superiores & inferiores ordines comprehenduntur.
42. Episcopi, archiepiscopi, & cardinales, an possint creari executores testamentorum.
43. Minor annis vigintiquinq; an possit esse executor testamenti. Et quid de impubere. num. 45.
44. Executor legitimam personam standi in iudicio, gerit.

46. Mulier



DE EXECVT. VLTI. VOLVNT.

46. Mulier an possit esse testamenti executrix.
47. Seruus ad testamenti executionem an admittatur.
48. Bannitus, an admittatur ad testamenti executionem disting.
49. Excommunicatus an possit esse testamenti executor.
50. Collegium admittitur ad testamenti executionem.
51. Latus potest esse executor in causis spirituibus & p̄s.
52. Executor vel commissarius non potest esse quisquam incertus. Item, nec procurator.
53. Legatum vitiatur ratione incertitudinis & an possit dari executor incertus. disting. nume. 54.
55. Executor testamenti esse non potest furiosus, neque demens, neq; mente captus, neq; infans.
56. Executor vel commissarius an cogi possit ad officium suscipiēdum : suscepit vero impletum.



*Ntequam de ipsis ex-
ecutoribus inchoetur, confide-
randum est, t quod h̄eres de-
functi tenetur voluntatem ac
dispositionem implere atque
perficere. Quoniam ipse h̄eres & defunctus
una eadem ē esse persona censetur, ut in
auth. de iure iur. a mortiente pr̄stito. S. j. col. s.
l. mortuo. ff. de fideius. &. S. hac autē 30. q. 3.
Et adeum h̄eredem cogendum, iura ciuilia tria*

A s reme-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

remedia prodiderunt, sive tres actiones indu-
xerunt. Prima, est actio ex testamento, quæ di-
citur esse personalis, & oritur ex quasi con-
tractu aditionis hæreditatis quo finge ipsum
hæredem adeundo se obligasse creditoribus &
legatarijs: vt. l. apud Iulianum. §. fin. cum. l.
seq. ff. quib. ex cau. in poss. ea. & l. ex malefi-
cijs. §. hæres. ff. de act. & obliga. & instit. de
obli. ex quasi contract. §. hæres. Secunda est
actio in rem, quæ rei vendicatio dicitur. Et
oritur ex dominio, quod lex in ipsum legata-
rium transfert à morte defuncti, vt. l. à Titio.
in fin. ff. de fur. Tertia, est actio hypothecaria:
propter quam omnia defuncti bona obligata
sunt, de qua cum reliquis fit mentio in. l. i. &
2. C. communia de lega. l. cum filius. §. varijs.
ff. de leg. 2. & instit. de leg. §. sed olim. Et idem
2 de fideicommissis dicendum est: quia per o-
mnia & quata sunt legatis. vt. l. i ff. de legat. i.
& d. l. i. & 2. C. communia de legat. Sed quia
3 plerumq; eueniebat, quod hæredes legata non
soluebāt, neq; voluntatem testatoris perficie-
bant: ipsimet testatores prouiderunt substitu-
endo plures hæredum gradus, non solum præci-
piendo.

DE EXECVT VLTI. VOLVN.

piendo, rogando, damnando: verūm etiam pœnas apponendo ipsis hæredibus vel legatarijs, aut fide commissarijs, quod principes obseruari voluerunt, nisi de re impossibili foret, aut probrosa, vel legibus interdicta. l. i. C. de his, quæ pœna nomine. & institut. de legatis. §. sed olim. & §. fin.

Insuper & quoque sacratissimus imperator 4
Iustinianus Augustus, cupiens deficiētum voluntates impleri, mādauit intra spaciū anni, eas effectui mancipari, alioquin eos hæreditate priuari: & eam ad substitutos vel cohæredes vel ab intestato cōiunctos, aut seruos proprios, vel ad fiscum, vltimo loco deferri: vt in authen. de hæred. & fal. §. si quis verò non imples. cum. §. seq. vsq; ad. §. hinc nobis. col. i. & in authen. hoc amplius. C. de fideic. & in authen. de eccl. titu §. si quis adificationem. col. 9. & c. nos quidem. de testa. Verūm, quia superioribus prouisionibus non fuerat adhuc plenè consultum, adhuc de personis executorum & commissariorum per testatores, & utriusq; iuris leges consultum est, atq; prouisum. Idcirco de his dicere cupientes, vt res optimè

IOAN. IACOB. à CANIBVS

optimè intelligatur, more maiorum, à diffini-
tione principiū faciemus.

5 Quæro t̄ igitur primò, quis sit ex-
ecutor vel commissarius vltimæ voluntatis?
Et Spe. in tit. de instrumentorum editione. §.
nunc verò aliqua. versic. 1. dicit eum esse, qui
voluntatem testatoris debet adimplere. Que
dificatio probari secundūm eum videtur in c.
Ioannes. de testa. & in extraua. Inno. 4. que
incipiebat: Ioan. frangepa. quam non habe-
mus: sed de illa extracta est decretalis: si pa-
ter. de test. lib. 6. vt ibi habetur in gloss. 1. Sed
mihi non plenè satisfacit: quoniam quidā sunt
executores honorarij, qui non debent exequi:
sed habent consulere vel hortari: vt dicit tex.
in c. nos quidem. de testament. etiam quia con-
uenit hæredi, vel fidei commissario, qui debet
implere, similiterq; procuratori eorum, qui ra-
tionem mandati suscepiti tenetur voluntatē per-
ficere testatoris, nec prædictit de voluntate co-
dicillum, vel causa mortis donationem facien-
te, vel alias legatum ab intestato constituен-
te, neq; præterea illum complectitur, qui per
alium voluntatem defuncti fecit impleri. Qua-
re ipse

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

re ipse sic dicere videtur, quod executor sine commissarius ea fertur esse persona, cuius ope ac consilio ultima voluntas ad effectum perducitur. Hinc enim in diffinitione primò genus apponitur: ut. l. 1. ff. de statu hom. & inslit. de iure perso. in prin. Secundò, cum dicit, cuius ope ac consilio, singulas species executorum comprehendit, siue verbo, siue re officiū exequantur, nec non pro se vel alio negotium agant. Item ultimam voluntatem, dicendo: species illius meritò non prætermisit. Et similiter complectitur cum, qui eligit pauperes, & qui legata soluit, siue causa sit pia, siue non pia quicquid Ang. dixerit in suo consil. 64. in 2. col.

Quæro se cundò, t quod quibüsue nomi- 6
nibus appellari solēt? Et Spe. in. d. s. nunc ve-
rò aliqua. versi. porrò. dicebat cum executo-
rem testamentarium appellari: quod Goffre-
dus in. c. Ioannes. de testa. capere visus est, di-
cens executorem propriè solere dici, qui in in-
dicis interuenit, & iudicis sententiam ad ef-
fectum perducit: vt. l. 1. C. de excu. rei iudi. c.
super eo. de criminе fal. 2. q. 6. ab executore.

Sed

IOAN. IACOB. à CANIBVS

Sed tamen suprà scripta Spec. opinio bene defendi potest: quoniam ultima testatoris voluntas, iudicium appellatur: ut l. i. C. de sacrosan. eccl. Et similiter ultima voluntas sententia dicitur: ut ff. de testam. l. i. in authen. de hæredi. & Falci. §. si verò expressim. & s. seq. secundum Ioan. And. ibi in addi. Sed verius est non esse sententiam strictè ac propriè, neq; verùm iudicium: sed potius largo modo per quandam similitudinem: cùm de uno ad aliud arguatur. c. forus. s. constat. de verb. signi. & l. non est mirum. ff. de pigno. actio. Quare dicendo executores testamentarios, contentio sublata est.

7 † Secundò dicuntur diuisores secundum l. pecunia. ff. dz ali. & ciba. leg. Is enim habet dividere, quæ sunt distribuenda, ut proxime dicetur, quoniam si distributores appellantur, consentaneum est, ut diuisores quoq; sint: ut probatur. 2. q. i. si peccauerit. ibi, distribue tempora, &c.

8 Tertio † distributores idem appellari possunt. sicut enim exposuit verbum diuisio i. distributione. Rogerius in l. pecunia supradicta quasi idem fit. Quod

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

Quod etiam sentit propheta in psalmo. 111.
cum dicit: *Dispersit*, dedit pauperibus. Et in
Euangelio, Ioan. 6. c. dicit: *Distribuit discum-*
bentibus. † *Distribuere enim, est in plures diui-* 9
dere. c. cum accensissent. de consti. c. fin. §. sui
autem. de concessio. præbendæ. lib. 6. bene fa-
cit. l. diuus Pius. ff. si cui plusquam per. l. Fal.

Quarto, dici † possent dispensatores: ut in 10
auth. ut liceat matri & aniæ. §. 1. col. 8. 43.
distin. c. dispensatio.

Quinto, dici † possunt ministri: quia mini- 11
sterium illis committitur. ff. de lega. 3. l. si quis
Titio decem, 33. distin. c. 1. 21. distin. ministrum.

Sexto quoq; Gardiatores dici possunt, à
Gardio, quod testamentum prouinciales appel-
lant. Ex quo infert Spe. in §. nunc aliqua. ver.
porrò. quod si testator post legata facta nihil
officiū committens, dixit: Titium Gardiato-
rem meum esse constituo, quod executor testa-
menti relictus videtur ad omnia exequenda:
maxime, si nullus hæres relictus est. ut in. ff.
de tutel. l. qui habet. §. fin. ff. de appellat. l.
scio. in prin. ff. de admi. tuto. l. quoties. §. fi.
ff. de adulte. l. denuntiasse. 2. respon. de procu-
peti.

IOAN. IACOB. à CANIBVS

peti. de offic. de leg. c. pastoralis. i. responso.
Et ratio est, ut res potius valeat, quam pe-
reat. ff. de reb. dub. l. quoties. & l. cum in te.
& de fide instrum. c. inter. §. ceterum. Et idem
tenuit Ioan. And. in addi. d. §. ver. sed quid si
dixit: facit Titum Gardiatorem meum: quo-
niam secundum Ioan. Blan. cum dictio, ut ap-

12 posita, + vel sub intellecta, non denotat con-
ditionem, sed modum, qui necessariò est imple-
dus. C. de his, quae sub modo. l. 2. de testi. sp. c.
pisaniis. & notat. in c. verum. de condit. appo.
Idemq; placet Spec. in. §. nunc verò aliqua.
ver. 12. qui incipit: quid si testator ita dixit:
facio Titum Gardiatorem. volens per ipsum
fieri solutionem legatorum nam videtur, quod
habeat diuidere ac soluere suo arbitrio, cum
testator nullam fecit divisionē, nec personam,
per quam fiat, assignauit: ut præalleg. l. 3. ff. de
ali. & ciba. lega licet sit arg. contra, de offi. de
leg. c. pastora. §. quia. & de appell. c. nouit. Sin
autem testator fecisset divisionem: tunc esset
minister habens solam soluendi potestatem:
ut. d. l. 3. ff. de ali. & ciba. leg. Quod si testa-
mento aliquis relictus hæres esset: talis no-

men

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

men inane tantum habere videtur: cum nulla distributio, vel commissio sibi relicta sit, ut. C. de ferijs. l. à nullo. extra de verb. sig. c. forus. s. in omni. 68. distin. coresco pi. in fi. Consuetudo tamen generalis habet, quod talis videatur constitutus executor & commissarius, ut in predictis iuribus. & ff. de leg. 3. l. hoc legatu. & ff. pro socio. l. coiri. quod firmat idem spe. d. s. nūc aliqua ver. quid ergo si testator. quoniam consuetudo, est optima legis interpres: extra de consuetu. c. cum dilectus. & ff. de legibus. l. si de interpretatione. maxime, si dixit executorem certae rei, vel quantitatis. + Fallit. i. quando appareret de voluntate testatoris: quia illa est seruanda. ff. de verb. signi. l. quisquis. ff. de rebus dub. l. qui heredi. Fallit secundo, quando testator dixit: facio Titium Gardiatorem meū, ut eius consilio. legata soluantur, & distribuantur: quia nullum officium sibi cōmissum videtur: argu. l pater. & l. Titium & Meium. in prin. ff. de lega. 2. idem q̄ placet Ioan. Andr. in addi. dicti ver. nam talis licet teneatur consilium requirere: non debet illud sequi. extra de arbi. c. cum olim, & de

B elect.



IOAN. IACOB. à CANIBVS

elect. cum in veteri. Sed sit consilij requisitio
ad hoc, ut videatur si posset alios in suam pro-
trahere sententiam: ut not. in d. c. cum olim.
Et per Ioan. Andr. in c. nullus ex consilio, de
regu. iur. lib. 6. Et ff. de arb. l. item, si vnu. s.
fi. cum l. seq. Licet talis posset dici honorarius
executor: ar. ff. de admi. tut. l. si plures. s. l. 33.
dist. c. 1. ver. 1. Et extra de maio. Et obed. c. l.
Fallit. 3. si testator dixit: quod fieret executio
eius arbitrio: quia recedi non potest à perso-
na: ut. l. si quis arbitratu. cum. l. seq. ff. de verb.
obli. ff. de contrahen. emp. l. fin. ff. quarum re-
rum actio non detur. l. 1. in prin. Et sicut
quasi executor Et honorarius, ut proxime
dixi.

14. + Septimò dici possunt negotiorum gestores
propter quandam, quam cum eis habent simi-
litudinem. + Quod spe. non placet in versi. de
executore autem queritur quoniam negotio-
rum gestor est, qui sine mandato alterius nego-
tium administrat. l. ait prator. s. fi. Et s. hac
actione. ff. de neg. gest. instit. de oblig. ex quasi
contractu. in prin. Sed executor gerit officium
cura. Et solicitudine cum mandato atq; com-
missione.

DE EXECVT. VLTI. VOLVNT.

missione: ut prædicta decret. Ioan. & l. si remunerandi. §. l. ff. manda.

¶ Octauo, nonnulli tales appellant procu- 16
ratores quod domini voluntate negotia ipsius
administrat, vt. l. l. ff. de procura. Quod etiam
Spe. ver. de executor. & versi ad secundum.
apertissime reprobat. Primo, quia mandatum
procuratoris, domini constituentis morte fini-
tur. vt. §. item, si adhuc. insti. mand. l. & quia.
ff. de iurisd. om. iudi. Sed officium executoris, a
morte constituentis inchoat. Item, quia procu-
ra. non potest agere contrà dominum. sed tamen
executor ultimæ voluntatis, agit contrà
hæredem, qui censetur dominus, & una cum
defuncto esse persona. l. fin. C. de impu. & alijs
substit. l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. l. cum
notissimi. §. l. C. de prescrip. 30. vel 40. anno-
rum. Item, quia potest reuocare procuratorens
re integrâ. l. antè litem. ff. de procu. Sed tamen
hæres, qui censetur dominus, ut prædixi: non
potest reuocare executorem: quoniam si hoc
posset, voluntas defuncti ad effectum minime
perduci posset.

Nonò, à quibusdam hit vocantur vicele- 17

B a gatarij



IOAN. IACOB. à CANIBVS

gatarij seu vicecommisarij; quoniam, sicut
legatarij vel fideicommissarij, contra hære-
dem agere possunt, quod alias minime valeret.
Et ideo aggregant eos fideicommissarijs, quasi
vocabulo humaniori: argu. l. 2. C. communia
de leg. bene facit. l. si cum dotem. s. si patro. fi-

lia. ff. sol. matr. + Quod Spec. in versi. ad ter-
tium. reprobatur: quoniam legatarij & fidei-
com. ex testamento lucrum consequuntur. l. 1.
C. communia de legat. l. cum pater. s. surdo. ff.
de lega. 2. Sed isti executores regulariter lu-
crum pecuniarum non consequuntur. l. si quis
Titio. 10. ff. de lega. 2. Secundo, quia legatarius
& fideicom. non coguntur legatum vel fidei-
commisarium accipere, ut. l. nam quod. s. fi.
& l. seq. & generaliter. ff. ad Treb. sed com-
missarius & executor bene coguntur: ut in-
frā dicam. Tertio, quia executores & legata-
rij vel commissarij diversis nominibus appel-
lantur, ut. l. pecuniæ. & l. alio ff. de ali. &
ciba. leg. & d. l. si quis Titio. 10. ergo non sunt
idem: argum. l. idem codicilli. C. de codicil.

19 Decimò, appellantur + loco vel vice hære-
dum: quoniam nedium ab hæredibus, verum-

etiam

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

etiam ab alijs debitoribus velut hæredes age-
re, atq; exigere possunt: vt. C.de epis. & cle.
l. si quis ad declinandum. §. ubi autem l. nulli.
prope principium decreta. Io. frange panem.
§. I.ff de relig. & sump. funerum. l. si quis se-
pulchrum §. si virus. Quod licet Spec. placue-
rit in versi. & scias. & Io. B.in. q. 22. 23. &
26. mihi tamen non satis facit: tum quia con-
tra hæredem agere possunt: & diversis nomi-
nibus appellantur: vt dixi in præcedente no-
minatione.

+ Undecimo, Ubertus de Bobio eos executo- 20
res & fidei commissarios appellabat. quod in
l. nulli. C.de epis. & cle. latius est prosecutus.
Nos autem executores testamētarios. §. esse cō-
clusimus. at fidei commissarios, sicut neq; vice-
fidei commissarios non audemus appellare per
rationes, quas in appellatione noua patēter ex-
pressimus.

+ Duodecimo, commissarios Ioan. B. & Iac. 21
de Are. & Io. An in addi. versi. dicuntur eti-
am ministri. constanter appellant. Quod verè
congruit his, quibus committitur aliquid di-
spensandum. Et hanc appellationem Roffredus

B 3 etiam

IOAN. IACOB. à CANIBVS

posuit in libel. Quare liquet de omnibus appellatiōnibus huius nominis : de quib⁹ quæ vere ac quæ falso, sufficienter expressum est.

- 22 Quæro tertiò, qualiter executor diuidatur, vel quæ sunt eius species. & considero istam. q. actiue ac passiue. Actiue. s. qui dari possunt. Item alio respectu postea subdant alias diuisiones. Sed hanc prius absoluamus. Respondeo igitur, quod sicut tutorem dat quandoq; testator, quandoq; lex nonnunquam & index, t̄ ve in tit. ff. de test. tutela: de legitima tutela, & de tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent. Sic etiam executores siue commissarios quandoque constituit & creat ipse testator in suo testamento, cum præcipit vel rogat aliquid per eos fieri siue distribui, ut probatur in l. nulli. C. de episc. & cleri. l. 3. & l. neq; ff. de ali. & cib. leg. in authen. de eccle. tit. 9. si quis autem. & 9. non autem. col. 9. & in c. Ioan. de testamentis. Et eodem modo, si quis nō instituerit: sed in codicillis vel in donatione causa mortis legavit. Et de executore aut commissario prouidit: vt in 9. nunc aliqua. verscu. sed pone, quod aliquis non constituit here dent.

DE EXECVT VLTI. VOLVN.

redem. Et tales dicuntur testamentarij: vt in specu. de instrum. edict. §. nunc vero aliqui versicul. executores.

+ Alij vero dantur à lege: qualis est episcopus loci, vel originis, vel municipij seu vila, quæ illi subest, aut episcopus loci rei. Vel eius economus deficiente testamentario, non exequente, exequiū non valente: vt l. nulli. l. si quis ad declinandam. §. I. C. de episco. & cleri. & c. tua. de testa. Vel qualis est metropolitanus, episcopo negligente, vel exequi non valente: vt §. fin autem qui. & §. sequen. in authen. de eccl. titul. Vel qualis interdum est ecclesia, vt in authen. vt cum de appell. cognos. §. si vnum. col. 8. Vel etiam capitulum vacante sede: quia est officium necessarium: vt no. glo. in cle. 1. de hereti. Nec obstat, quod non possit conferre, sicut episcopus: vt c. olim. de majo. & obedi. & not. in Clemen. 1. ne sede vacante: quia ille ibi est merus honor: hic autem etiam onus: vt l. nulli C. de episco. & cleri. & ca. tua. de testa. & ibi Abbas sicu. Legitimus etiam esse poterit Abbas, vel alias inferior, habens potestatem episcopalem. pro quo

B 4 facit

5
IOAN. IACOB. à CANIBVS

facit gloss. in Clemen. 1. de rebus eccles. non
25 alienand. Quod dixit † Abbas sicut. in c. Ioan-
nes de testa. esse verum in favorabilibus, qua-
te hoc est. Secus in odiosis: quia diœcesani ap-
pellatione, tunc comprehenditur solus episco-
pus: ut est gloss. in clement. 1. de vita & ho-
nesta. cleri. & clem. 1. de iure patro. Item legi-
timus dicitur delegatus vel subducus ab epis-
copo: quia ex quo episcopus habet ordinario
iure, ipso potest alteri committere: ut c. fina.
de offi. ord. Et ita tenuit Recuperus consulen-
do: ut refert & sequitur Do. in c. fin. §. 1. de
test. lib. 6. Similiter legitimus erit, & iam in-
dex secularis ut d. l. nulli. Et in Spec. de instru.
edi. §. nunc vero aliqua versi. legitimi. Etta-
les confuerunt legitimi appellari.

26 † Sed dubitari solet, quid si concurrant plu-
res episcopi, videlicet episcopus domicili, &
originis, ac rei sitæ. Et ex dictis gloss. in l. nulli.
& docto. ibi & Specu. in §. nunc aliqua. ver-
sic. quid si episcopus. & vers. quid si fuit. &
Fede. de se. in sua particulari disputatione. con-
clude, quod ambo vel omnes. Fallit primo, ubi
esset legata species vel res, quæ esset in uno
loco

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

loco tantum : quia exequitur episcopus, ubi res est sita l. fideicom. ff. de iudic. & l. cum res. ff. de leg. l. Fallit secundò, ubi esset debita quantitas : quia ille exequitur, ubi est res ; quæ debet vendi si est in uno loco. Si autem debet vendi res in utroq; loco, uterq; exequetur, vt s. Celsus ibi alleg. Fallit tertio, ubi in nullo illorum locorum esset res legata, vel ex cuius venditione debet redigi quantitas : quia attendetur episcopus originis : ar. d. l. nulli. & l. ciues. C. de incolis. lib. 10. Et si origo est dubia, episcopo domiciliij. Et si de domicilio dubitetur, episc. loci, in quo defunctus est : vt d. l. nulli. ver. quid si bene facit. l. iurisper. s. cùm oriundus. ff. de tut. & curat. datis ab his. facit l. i. C. de prædijs min. l. prædiū. & glo. or. 10. q. 2. hoc ius porrectū. & auth. hæc usus præstatio.

+ Reliqui vero executores sue commissarij, 27
datini nuncupantur, qui dantur à iudice, sue
consule ciuitatis : vel etiam ab episcopo, vel se-
natu : vel alio magistratu, secundum morem aut
consuetudinem urbis vel regionis, qui habent
exequi secundam voluntatem mortui, si repe-
rierunt expressa, vt not. in l. 3. s. 1. ff. de ali.

B 5 & ci-

28 &ciba. leg. sed tamen index hos dare non
debet, nisi vocatis & heredibus testatoris, ex
quo ipsorum interest l. denuo quoq; ff. de reiu-
dicata. & l. nam ita diuinis ff. de adopt. Et ista
fuit opinio. Ioan. Blan. de Marsi. quam recitat
& sequitur Specu. in d. S. nunc aliqua. ver. da-
tiui. & hæc verior videtur licet Iaco. de Are.
in l. id, quod pauperibus. C. de epis. & cle. quam
refert Ioan. Andr. in addi. Spe. ut supr. patet.
Commissarios datiuos non reperiri: quia nec
expressum reperitur in d. l. nulli. nec in d. auth.
de eccle. titu. S. sed & quis. Nec putabat l. 3. ff.
de alimen. & ciba. lega. de execu. loqui: sed de
quadam prouisione contra pluralitatem hære-
dum illius, qui alimenta libertis reliquerat:
cum executio voluntatis etiam uno hærede re-
licto cessare debuisse. Sed responderi posset
plura esse negotia, quam vocabula: ut l. 3. ff. de
præscriptis verbis. & leges de similibus ad si-
milia frequentius extendi consueuisse: ut l. non
l. possunt. ff. de legibus, præsertim, cum tales tu-
toribus & curatoribus comparentur: ut not.
glos. in l. tutela. ff. de administration. tutorum.
Quare viso quod testator, lex & index execu-
tores

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

tores commissarios dant atq; decernunt, con-
sequenter videamus.

Qui dari, creari atq; decerni possunt? quos
facile cognoscemus, si specialiter enumeraue-
rimus, qui fieri nequeunt, quoniam & pauci
omnes sunt. Cognito enim uno ex contrarijs,
reliquum per se facile nescitur, vt l. i. & 2. ff.
de his, qui sunt sui vel alie. iur. & institut. de
tutel. S. i.

+ Prohibetur enim primò monachus ex te- 29.
stamento laici: quia nemo Deo militans, secu-
taribus negotijs est implicandus. extra ne cler.
vel mod. ca. i. cum sua rubri. 16. qđ. 1. c. ec-
cles. & ca. de præsentium, imo nec missas de-
bent publicè dicere: vt ead. qđ. c. placuit.
Item, quia quodlibet negotium est eis interdi-
ctum, etiam abate suadente, nisi monasterij
exposcat utilitas vt 16. questione 1. monachi.
extra de postu. c. ex parte 12. questio. 2. c. non
dicatis. Item quia ad hoc pro mortuis haben-
tur. C. de episc. & cleric. c. Deo nobis. 2. quest.
8. ca. placuit. & cap. sequenti. + Deinde quia 30
actiones ecclesiasticas sive ciuiles monachi
tractare nequeunt, nisi episcopus id urgente
neces-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

necessitate præcipiat: ut 16. quæstione prima
qui verè, extra de syndico c. i. Et hanc partem
videtur tenere Spec. in s. nunc verò aliqua.
ver. s. p. e. etiam queritur. in fine quoniam mo-
nasterij utilitas hoc eis officium committi non
videtur suadere, imò potius contrarium: ut
l. 1. distin. c. præterea 88. distin. c. inutile. de ob-
lig. ad ratioc. c. vñico. ne cle. vel mona. c. II.

31 † Quidam tenuere contrarium, maxime in
relictis pīs atq; pro anima: quia talia potius
ecclesiastica, quam mundana censentur, vt c.
super quibusdam. in fin. de verb. signi. de testa-
mentis c. relatum. de vita & hone. cleri. ca. I.
86. distin. c. non satis 87. dist. per totum.

Item secundo, quia talia ex charitatis ne-
cessitate geruntur, merito permitti debent. 2.
q. 7. c sed aliud 21. q. 1. c. placet. in princip.

Et cum hac nonnulli transeunt distinguen-
tes, ut dicta proximè in relictis pīs locum sibi
vendicent: dicta verò per Speculatorum, pro-
cedant non in pīs: per c. tua, de testa. & per
c. Ioan. Frangapanem. ubi quidam de ordine
prædicatorum datus fuerat executor.

Sed Speculator diceret, quod decretalis, tua
loquitur

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

loquitur de claustralibus habentibus administrationem. Extrauagans vero Jo. ponit facti narrationem, non iuris ministerium. vel forte ibi executionem suscepérunt de speciali papæ permissione. Io. autem an. in c. f. exir^z de testa. lib. 6. in 1. gloss. tenet indistinctè, quod possit esse executor, per illum text. dummodo habeat licentiam superioris: licet consuetudo admittat eos, etiam sine licentia: secundum gloss. ibi, & Spec. in d. § nunc aliqua. ver. quid de muliere. Et tangam inferius circa mendicantes. in q. persona.

Et idem tenet Andre. Barb. in c. Ioan de testam. etiam de iure: quia exequens voluntatem etiam non piam, lucrum anime facit: ut authen. de hære. & falcid. §. si vero expressim. à quo lucro clerici & monachi non debent retrahi.

† Sed dubitari posset, quis erit superior, qui dabit huic religioso licentiam? Ioan. And. & Zenze, quod superior immediate eo mortuo. Supradic elect. c. si religiosus. lib. 6. Archiep. quod episcopus. 16. q. 1. c. qui vere. & c. quidam. quia monasteria eius sunt in eius cura 61. distin.

IOAN. IACOB. à CANIBVS

distin. c. obitus. in fin. Item quia episcopus mo-
nasterio vacati dat administratorem idoneum.
qui de temporalibus curam gerit. de statu reg.
c. ea, quae s. quod si abbas. secundum Inno. &
Host. fortius poterit hoc favorabile dependens
à charitate, facit ratio c. fin. s. i. de testa. li. 6.
& vide no. per gloss. in c. fi. religiosus. de elec^{t.}
eo. lib. Et hanc opin. dicit Ioan. de ligna. proba-
biliorem & communiter teneri Lap. Abb.
quod conuentus vel oeconomicus allegat dema-
ior. & obed. c. cum olim. & c. i. cod. titu. &
lib. & de sup. neg. præla. c. penul. & fi. & no.
Ioan. Andr. de elec^{t.} c. si ab. post Io. mo. in no-
uella. Et ista opi. placet Dominico, sive ista li-
centia sit de iurisdict. sive de administr. spiri-
tualium, qui nec dissoluitur monachus per ta-
lem licentiam ab oblig. sui monasterij, nec sit
alienatio à sua persona. Ioan. verò mona. putat
hoc differendum: & si diu differtur, prouisio-

33 † monasterij propter litis pendentiam, papa co-
sulendus est, qui solus à se statutum mutare po-
test c. statutum, in prin. supr. eo. & melius fa-
cit cle. ne romani. de elec^{t.} Sed opi. superiores
sunt probabiliores, cum non agatur de magno

præiu-

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

præiudicio. Et talis licentia debet actum præcedere. de regula: licet. & clement. si. de elect. secundum doctò. in d.c. fin.

Secundo, prohibentur canonici regulares, 34
vel alij officiales. de quibus in c. ex parte. de postul. & c. fin. ne cle. vel mo. & 20. q. 3. c. præsens. & tenet Spec. in §. nunc aliqua. ver. quid de canoni. Sed contra hoc est text. in c. quod Dei timorem. de statu monach. & text. in c. fin. de testa. libr. 6. cum gloss. Ioan. And. supr. dicta.

† Tertiò prohibetur abbas similesq. religio- 35
forum prælati, rationibus ante dictis infraq.
dicendis. facit quod not. in Spec. de arbit. §. fin.
versic. sed quero diligenter. In contrariū not.
quod possint esse cōmissarij, allegatur quod ipsi
possunt esse procuratores, ut extrā de transac.
c. contingit. & de censibus c. sopita. Et dicit
Abbas, quod abbas potest esse procurator apud
summum pontificem pro regibus inclytis in curia,
& etiam pro alijs laicis, ut probat text.
iuncta suprascriptione in c. per venerabilem.
qui filij sint legitimi, facit quod not. in c. no.
stra de procurat. & per Fed. de se, conf. 163.

† Itena

IOAN. IACOB. à CANIBVS

36 † Item quia abbates possunt esse iudices. extra
de arbit. c. exposita. & de offic. de leg. c. quo-
niam abbas. Et hanc tenet Ioan. And. in gloss.
d.c.fin.extra de testam.lib.6.

37 Quartò, prohibetur † frater mendicans,
per suprà scriptas rationes, sed Bal. in l. id quod
pauperibus, in 7.q prima partis, tenet contra-
rium: per d.c.fin. & transit ibi glo. & sequi-
tur Ludo. in suo consi. 235. in fratribus sancti
Augustini. quos ait habere curam etiam ec-
clesiae construendæ in domibus testatoris. Seda-
men debent habere licentiam sui superioris:
ut d.c.fi. quanquam gesta per eos, etiam licen-
tia non petita, robur obtineant firmitatis, sicut
ait tenuisse Fed. de se. consi. 99. quid referem.
d. Anton. de But. dicit saepius approbasse, &
allegat tria similia.

38 † Primum de milite, qui prohibetur esse
procurator: & tamen actus per eum gestus
valet: ut l. ita demum. C. de procu. & l. filius-
fa. q. veterani. ff. eod.

Secundum simile est de clero, qui non po-
test fideiubere: & tamen si fecerit, fideiussio
tenet c. peruenit. & c. constitut: de fideiuss.

Tertium

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

Tertium de clero, qui nequit esse notarius:
Et tamen instrumentum ab eo conditum, va-
let. c. sicut. ne cle. vel mo. c. i. eo. ti. li. 6. Et per
Bart. in l. vniuersos. C. de decu. libro ii.

† Quintò prohibentur fratres minores ut no.
Bal. in auth. ingressi. Et auth. si qua mulier. C.
de sac. sanc. eccles per tex. in cle. exiui. S. pro-
inde. Et s. verū. de verbo signi. Nec sibi pla-
cuit sententia Bart. in 3. parte sui lib. minori-
carum. in 3. & 4. q. per l. cum pater. S. hære-
ditatem. ff. de le. 2. Et l. ex facto. S. si quis ro-
gatus. ff. ad trebel. volētis, quod ipsi possent eli-
gere ac nominare personas vel locum, quoniam
non videtur regulæ repugnare, quid placuit
Ludo. consil. 419. Quinimò, secundum Bal. re-
pugnat regulæ, quæ loquitur generaliter. Item,
quia talis nominatio malitiosè ad questum pe-
cuniarium trahi posset. Et idem tenet Domi.
& Ioan. de imo. all. Bar. id tenere propter fa-
uore in l. à filio. in prin. ff. de ali. Et ciba. leg.

† Sextò, prohibentur præpositi, archipræs- 40
byteri, canonici seculares, præbendati, non ha-
bentesq; personatus: Et alij clerici beneficia-
ti, ac sine beneficijs. Quoniam huiusmodi perso-

C næ pro-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

næ prohibentur esse ministri laicorum c. ex parte de postu. 88. distinct. c. episc. autem sacerdos. & c. sacerdotibus. ne cle. vel mo. sed executores nil aliud sunt, quam ministri, vt l. si

41 quis Titio 10. ff. de lega. 2. + Item, quia clericorum & sacerdotum appellatione, omnes superiores & inferiores ordines comprehenduntur c. si quisquam de cohab. cle. & mulie. II. q. 1. c. de persona. & 62. distin. c. fin. Idem tamen Bald. tenet. quod omnes similes persone possint executores & commissarij pro anima, & in relictis ad pias causas: vt puta coniunctarum & miserabilium personarum: vt l. generaliter. C. de epis. & cler. que est in decretis 16. q. 1. & 88. distin. §. 1. c. 1. & 86. dist. c. fin. maxime, cum in omnibus sit par ratio: ar. l. illud. ff. ad l. aquil. & hoc omnes Doc. in distinctè tenent: per d. c. fin. de testa. lib. 6.

42 + Septimo, prohibentur episcopi, archiepiscopi. & Cardinales: per c. episcopus & c. inutile c. distin. & per alias rationes supra in alijs casibus adductas. Quod intelligebatur de testamentario, quoniam de legitimo non erat dubitatio, ex quo a l. talis præcipuus siebat. ut
supra

DE EXECVT VLTI. VOLVN.

Suprà dixi, in princi. q. sed Spe. in §. nunc vero.
ver. episcopo autem tenet, quod possint esse ex-
ecutores testamentarij, sicut & legitimi. tum
per d.c. fin. tum etiam, quia tales possunt esse
esse iudices: ut l. episcopale. & l. si qui ex cō-
fensi. C. de epis. audi. c. cum tempore. de arbit.
tum etiam, quia tales habent præcipuam cu-
ram de carceratis, & alijs miserabilibus per-
sonis: ut l. addic̄tos. C. de epis. audi l. nulli l. ge-
neraliter. & l. si quis pro redemptione. C. ac
episco. & cle. Ergo idem erit pro defunctis, li-
cet nonnulli nimium scrupulosi prædic̄tos tan-
tum pro causis pijs, nō autē pro prophanis ad-
mitterent, quorum ab omnibus est repudiata
sententia.

Octauò t̄ prohibetur minor annis 25. quia 43
indecens est, ut aliorum sit gubernator, qui pro
suis causis alieno eget auxilio: ut l. fin. C. de le-
gi. tutel. instit. de execut. §. minores autem 25.
annis c. Iudeorum. de etate & qualitate. Se-
cunda, quia minor nō habet legitimam perso-
nam ad standum in iudicio. Quod sepe t̄ facere 44
oportet executorem benefacere l. exigendi. C.
de procurat. & totus titul. C. qui legitimam

C 2 persona

IOAN. IACOB. à CANIBVS

personam. Quod de iure verum existimavit
Spec. d.s. nunc verò aliqua. ver. quid de mi-
niore. & Ioan. An. in d. c. fin. gloss. 2. Atta-
men consuetudo, quæ optima est legum inter-
pres, illos admittit: sicut etiam tolerat eos es-
se ad negotia procuratores. c. qui ad agendum
de procu. li. 6. idq; confirmat Bald. in l. id quod
panperibus. C. de episcop. & cle. & reliqui
antedicti.

45 Nonò impubes + ab executionis officio vi-
detur arcendus: tum propter rationes proxi-
mè dictas: tum quia nullum est eorum animi
iudicium: ut s. præterea testamentum. insit.
quibus non est permisum facere testamentum.
& l. cum prætor s. non autem. ff. de iudi. l.
autem de are. ut refert Bal. in l. id quod pan-
peribus. in s. qđ. primæ partis distinxit. Quod
aut loquimur quantum ad industrialia, quæ in
impuberem nō cadunt, & tunc repelletur tan-
quam minus idoneus. bene facit vltra prædi-
cta l. fin. C. de mil. testa. Aut querimus quan-
tum ad corporalia per ipsum testatorem ex-
pressa, velut de mittendo legatarium in corpo-
ralem possessionem, vel numerando pecuniam,

Grilla

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

¶ illa per talem minorem etiam fieri possunt.
Et erit idoneus executor, dummodo circa illa
cadat eius affectus: ut l. i. s. cæterum ff. de
acquir. pos. & l. donat. C. eod. titul.

† Decimò, prohibetur mulier: quoniam hoc 46
virile videtur officium, à quo sicut à procura-
toris officio, mulier remouetur l. fœminæ. ff. de
procur. l. i. s. sexum. ff. de postu. l. fœminæ. ff. de
re. iu. c. mulieres. de iudic. lib. 6. & ita temuit
gloss. in l. tutela. ff. de tute. & d. c. fi. de testa.
lib. 6. & Spec. in s. nunc verò aliqua. vers.
quid de muliere. sicq; consuluit Io. Pal. sed Bal.
in l. id, quod pauperibus. in 2. q. primæ partis,
tenet contrarium: quia mulier habet iudicis
officium suo nomine: ut l. qui in aliena s. quā-
quam. ff. de neg. ge. ergo etiam habebit hoc
executionis officiu. & satis placet: quia etiam
tutelæ officio fungi potest. Contraria verò lo-
quuntur, cùm agit nomine alieno, etiam ad suam
utilitatem, vel forsitan indecenter. sed hoc
propter pieratem decens existimant, & ita ut
attestatur Spec. & glos. d. c. fin. obseruat con-
suetudo.

† Undecimò prohibendus est seruus: quia 47

C 3 quo

IOAN. IACOB. & CANIBVS

quo ad ius ciuile, pro nihilo reputatur, imò pro
mortuo: iuxta l. quod attinet. ff. de reg. iur. &
l. seruitutem. cod. tit.

Secundò, quia exequendi authoritas non ca-
dit in seruum, ut l. hæc verba. ff. de verb. sig.

Et hoc tenuit Iac. de Arena. & Bal. in i.
q̄uestio. 2. partis l. id quod pauperib. C. de epis.
& cler.

Verius tamen videtur esse contrarium: quia
executor, dicitur esse minister, ut l. si quis Titio
10. ff. de leg. 2. sed seruus non prohibetur esse
liberi hominis minister, imò admittitur: ut l.
1. ff. de exercitor. l. seruum. ff. de procur.

Secundò, quia ea, quæ sunt ministerij ac mu-
di facti, per seruum quomodo adimpleri pos-
sunt: ut l. legatum. ff. de ca. dimitt. & instit.
de stipu. seruo.

Et tertio mihi placet, quia spiritualia &
pietatis opera in seruum cadant: ut in toto
tit. de coniugio seruorum. & in tit. de seruis
non ordinandis.

48 † Duodecimò, prohibendus vere esset ban-
nitus: quoniam talis suo nomine non habet
actione: ut l. tutel. 9. si libert. ff. de cap. dimin.

Tum

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

Tum etiam quia videtur carere auctoritate,
ut proxime dixi. Bal. tamē in d.l.id quod pauperibus. in 2. parte, q. 6. dicit, quod prædicta procedunt in his executionibus & commissarijs, quæ aliquid iuris sapiunt: sed si essent cōmissarij, & executiones nudi ministerij, vel nudi facti, qualis est electio vel declaratio quo-rundam pauperum, quibus testator velit distri-buere: tūc benè possent talia exequi etiā banniti: vt l. ex facto. s. ex facto. ff. ad Treb. Ego verò idem puto, si sit legatum alimentorum, in quo ipse bannitus est capax secundum aequita-tem naturalem, vt l. fi. in metallum. ff. de his, quæ pro non scriptis habentur. & not. in l.i. C. de hære. instit. qui multò fortius poterit exequi pro alijs:

+ Tertiodecimò prohibēdus videtur excom- 49
municatus: quoniam ipse nequit esse iudex: vt not. in l.i. C. de iuris & facti igno. Ergo prohi-bendus etiam videtur esse executor. Bene facit c. decernimus. de senten. excom. li. 6. ubi tales repelluntur etiam ab agendo, patrocinando, & testificando.

Sed Bal. in d.l.id, quod pauperibus. in 4. q.

C 4 secun-

secundæ partis verius putat esse contrarium:
quia tales extrajudicialia tractare negotia
non prohibentur: ut not. Inn. in c. si vero. de
sen. excom.

Et ego etiam verum puto: quia istud officium & participatio ex illo descendens, non
est ad commodum suum, imò potius aliorum.
Et ideo illud exequi non prohibebitur, maxi-
mè subsistente ratione publici officij, ut c. cum
voluntate, de senten. excommun.

50 Quartodecimò + videtur nonnullis colle-
gium prohiberi, qui non habet corpus verum
& animarum. Et ideo sicut non potest esse ca-
pax excommunicationis: ut c. romana. S. ca-
ueant. de sen. excom. ita nec huius officij: ut
ar. l. nulli. C. de epis. & cler. Bald. in sape d. l.
id, quod pauperib. in 6. qd. secundæ partis prin-
cipalis contrarium asseruit per rationem dire-
ctò contrariam: quia collegium ciuale habet
corpus: potestq; consentire, ac votum testato-
toris implere: arg. l. aliud S. refertur. ff. de reg.
iur. Quinimo videtur posse capere legatum. Et
maturius posse id agere, quam unus tantum
dummodo sit approbatum: ut l. i. C. de sac. san.
eccl.

DE EXECVT. VLT. VOLVN:

eccl. l. cùm senatus. ff. de reb. dub. & ad tre-
bel. omnibus. & l. si hæres. §. vicis. ff. de leg.
1. notatio. in l. 1. §. 1. ff. quod cuiusq; uni-
uersitatis nomine. & in l. collegium. C. de hæ-
red. instit. & ff. de colle. illicitis l. 1 §. in sum-
ma. Nec obstat. §. caueant. quia ibi est casus
specialis in sententia excommunicationis.

† Quintodecimò, prohibetur quilibet lai- 51
cus executor esse in causis spiritualibus &
pÿs: vt c. decernimus. de iudicij. secundum
Bal. ibi tenet contrarium: & similiter alij
docto. in c. Io. de testa. quia mera executio po-
test laicus competere contra clericos de man-
dato domini episcopi: vt c. clericos. de senten-
excom. libr. 6. meritò etiam ista executio te-
stamenta. Item secundò, quia laicus potest esse
procurator super causis spiritualibus: vt c. 1.
& c. fin. de procurat. lib. 6. ergo & executor.

† Sextodecimò, non potest executor vel com- 52
missarius esse quisquam incertus, puta unus ex
liberis Titij: quia etiam tutor incertus incer-
to dari non potest: vt ff. de testamentaria tu-
tela l. tutor incertus. & l. tutor ita. & instit.
de leg. §. tutor autem. præsertim, cùm æquipa-

C s parari

IOAN. IACOB. à CANIBVS

parari soleant executor testamentarius & tu-
tor : arg. eius, quod not. gloss. in l. antepe. ff. de
tutel. Et gloss. in l. si quis à filio & si plures. ff.
de leg. 1. Item, quia procurator qui etiam com-
paratur huic executori, similiter incertus co-
stitui non potest l. 2. quæ incipit, dummodo. ff.

53 de procur. † Et eodem modo legatum ratione
incertitudinis vitiatur : vt S. incertis. instit. de
leg. & mihi videtur rationabile : quia ista di-
spositio esset quodammodo captatoria. i. ad se-
cretum alienæ voluntatis : quam iura commu-
niter improbant : vt l. captatoria. ff. de leg. 1.
& l. captotorias. C. de testamen. militis. Salic.
tamen in d. l. id, quod pauperibus. C. de episc.
& cleri. tenet, quod imò valebit datio execu-
toris incerti : quia continet prouisionem testa-
toris & eius, cui est dādum, & modicum onus
grauati ad exequendum : sed tutela continet
graue onus tutoris, & legatum continet graue
onus hæredis, & procuratio domini. Item,
quia non potest euenire casus, quin sit utilius
habere executorem certificandum, quam nul-
lum : & sic cessant contraria. Sed ex mente
Saliceti predicti super ultima. q. posset sic di-

ci, cora



DE EXECVT. VLTI. VOLVNT.

ei concordando prædicta. Aut testator fecit 54
Titium executorem suum cum potestate substi-
tuendi unum alium, & valebit ista constitu-
tio in persona Titij: quia non est omnino in-
certus: & in persona substituendi ab eodem,
qui esse non potest omnino incertus: ut c. qui
ad agendum. de proc. li. 6. nam talis videtur esse
a testatore constitutus bene facit. l. item eorum
§. si decuriones. ff. quod cuiusq; vniuersitatis
nomine l. instit. talis. ff. de condi. institu. l. cum
essent. §. l. ff. de serui. vrba. prædi. Aut testator
fecit Titium executorem vel commissarium,
cum hoc, quod si non velit, vel non possit, quod
possit eligere vel facere alium commissarium,
vel executorem: & tunc non valet, & repu-
tabitur omnia prouisio incerta. Vel secundo po-
test sic dici, quod aut dicta prouisio est ad cau-
sas pias: & valebit: ut not. Inno. & Cano-
nistæ in c. cum tibi. de testa. & gloss. & Legi-
sta in d. l. captatorias. aut ad causas non pias:
& non valabit. ut dixi.

+ Quæri etiam posset an sit prohibitus fu- 55
riosus, demens, vel metu captus, aut infans non
intelli-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

intelligens quid agatur, sed vana est dubitatio,
cùm nullum negotium suum vel alienum agere
valeant: vt l. furiosum. C. qui testam. facere
possunt. & l. furor. ff. de sponsalibus. quare
congruentius obmittimus.

56 Quæro t̄ quarto, utrum executor vel
commissarius cogi possint ad officium prædi-
Etum suscipiendum, vel susceptum adimplen-
dum? Quidam, vt Accursius. in l. nulli. C. de
epis. & cler. sensere, quod sic: arg. l. alio. ff. de
ali. & ciba. leg. l. si legatarius. ff. de lega. 3. l.
cogi. in prin. & §. & generaliter l. posse. ff. ad
Treb. in authen. de eccl. tit. §. si autem. & §.
si quis autem. in fin. Et pro his est arg. in c. nōs
quidem c. tua nos & c. Ioannes. de testam. ff. de
peti. hære. l. hæreditas. in fin. C. de fideicom. l.
fin. in fin. & in auth. ibi posita cùm prædicta.
l. nulli. Item, quia t̄ quisq; cogi potest ad perso-
nalia munera subeunda qualis tutela est, atq;
similia l. i. §. i. suprà c. & l. munerum, id est,
responso. & §. qui ad noua. ff. de mune. & ho-
mo. sed exequi legata in pios usus, fauore reli-
gionis, videtur quoddam munus de æquitate
canonica: vt c. tua. & c. Ioannes, de testam.
& præ.

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

¶ præall. l. nulli. cum reliquis suprà dictis.
ergo cogetur ad istud. Item, quia voluntas te-
stat. habet vim legis, nec potest infringi: vt. C.
de sacros. eccl. c. vt inter. C. de epis. & cle. l. si
quis ad declinandā. & inst. de obl. que ex quasi
cōtract. §. fin. pro quibus facit. C. cōmunia de
leg. i. i. circa med. & in auth. de eccl. ti. §. fin-
autem legatum. ¶ §. seq. cum d. c. Ioan. Ergo
debet seruari. † Item, quia sicut delegatus po- 5 8
test compelli à delegante, vt suam delegatio-
nem & commissionem perficiat: vt l. i. C. qui
pro sua iurisd. c. pastoralis de offi. deleg. sic etiā
dominus episcopus debet posse compellere com-
missarium constitutum à se, vel à testatore, vt
suscipiat commissionem & delegationem, sal-
tem quo ad nudum ministerium & nudum fa-
ctum: vt c. nos quidem suprà de testam. Goff.
verò, putauit talem non cogendum suscipere
officium, neq; susceptum exequēdum; quoniam
hoc officium procedit à vera voluntate: sed
arbiter non compellitur suscipere arbitrium.
neq; ferre laudum: vt l. 3. §. 1 ff. de arb. Secun-
dò, quia hoc officium, est quædam procuratio,
sed procurator non cogitur procurare: vt ff.
de pro-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

de procur.l. multis. ergo nec executor. Tertio,
quia hoc officium assimilatur negotiorum ge-
stori, sed negotiorum gestor non cogitur: vt. C.
de nego.gest.l. tuto.meritò nec executor. Quar-
tò, quia executor similis videtur curatori bo-
nis constituto, qui non compellitur: vt l. 2. §. 3.
ff. decura.bonis dando. Igitur nec executor vel
cōmissarius. Quintò quia cōmissarius vel ex-
59 ecutor par est legatario: † sed nullus legatarius
cōpellendus est suscipere legatū quod alterite-
stituturus est: vt l. nam quod s. non omnis & l.
cogi. & generaliter ff. ad Treb. sic videlicet
talis non erit cogendus. Sextò quia ille nō debet
granari, qui nō suscipit cōmodum ex testamēto.
ab l. eo. C. de fideicom. l. 2. circa fin. C. cōmunia
de leg. facit. ff. de condi. & demon. l. si cui le-
gatum. i. responso. sed iste non habet commo-
dum: ergo & c. Et ista opinio placuit Specula-
tori in §. nunc verò aliqua. versic. hic queri-
tur vtrum. Et istam opinionem tenet etiam
Salic. in l. nulli. quia est in potestate sua, vt ibi,
& authen. licentia. iuncta l. s̄epe. ff. de offic.
presi. & l. non quicquid. ff. de iudi. Non ob-
stant iura, quæ contradicunt: quia intelli-
guntur.

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

guntur, quod acceptauit officium: quia tunc
bene compellitur sicut supra de arbit. dixi-
mus. & ita intelligitur d. gloss. quod si velit
perdere legatum non poterit cogi. Sic ergo te-
nenda est regula, quod compelli non debet.
† Fallit primò, ubi acceptasset expressè: quia 60
compellitur: sicut dixi de arbit. in l. 3. q. 1. ff.
de arbit. & c. tua. & c. Ioan. de testament.
Fallit secundò, quando acceptauit legatum:
quia videtur agnouisse voluntatem defuncti:
vt l. 1. in fin. ff. ubi pupillus educari debet.
Et idem † est in tutori: quia recipiendo le-
gatum videtur acceptare tutelam, vt l. penul-
tim. C. de legat. & ff. de executor. tutel. l. Ne-
sennius. quod est verum, etiam si sit unicum
tantum & simplex: quia præsumitur factum
ob hanc causam tantum: vt in d. l. penultim.
& l. nec adiecit. ff. pro scio. † sic etiam pa-
ter recipiendo legatum cogitur filium eman-
cipare l. si cui. in 2. & 3. responso. ff. de con-
dit. & demon. l. cogi. q. si paterfa. ff. ad Treb.
quod est verum, nisi sit inhabilis ad dictam
executionem puta quia est frater minor:
quia non potest esse: ut cle. exini. S. cupientes.
de verb.

IOAN. IACOB. à CANIBVS

de verb. signi. Et dixi in precedente quæstio.
versi. s. quia recipiendo legatum, non videtur
acceptare, sicut nec tutor ut l' admin. C. de leg.

63 † Fallit tertio, quando unum legatum soluit.
vel alias pro hærede gesit: quia videretur cō-
sensisse voluntati testatoris l. pro hærede. ff. de
acquiren. hære. Et l. si quis uxori. ff. de falso
Et ita tenet Ioan. Andr. Cardi. Et omnes in c.

64 Ioannes de testam. Fallit quartò † quando ta-
lis executor esset consanguineus coniunctus ipsi
testatori quia coniunctio sanguinis tatum ope-
ratur, quantum si expresse acceptasset: per l. si
seruus communis. ff. de donat. inter virum &
uxorem. Et l. in sponsalibus. ff. de sponsalibus.
Et placuit Bar. in l. l. ff. de leg. 2. Fallit quinto
quando acceptauit literas testatoris, vel hære-
dis, aut alterius requirentis eum super dicta
executione, nec contraxit. ut not. gloss. in cle.
l. de procur. Et l. si filius. ff. ad macedo. Et te-
ner Abb. sic. in c. Ioannes. de test. Et idem for-
tius si subscriptis se illis literis, vel testamento,
ut l. uxori ff. de fal. Et l. ex sententia. ff. de te-
stamen tutel. Et no. Abb. in d. c. Ioan. Fallit 6.

65 † quando adscriptis sibi aliquid in testam. vel
adscripto

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

adscripto consensit in vita sive post mortem :
vt not. Bart. in d. l. i. in 3. col. ff. de leg. 2. Fal-
lit 7. in † executore constituto & creato per 66
episcopum vel præsidem, qui appellatur dati-
nus, vt l. nulli. C. de epi. & cle. l. 4. ff. de alim.
& ciba. legat. quia poterit à dictis iudicibus
cogi ex officio suo loco deficientis actionis : vt
l. plane. & ibi probat. ff. de leg. 1. Sed in casi-
bus præcedentibus poterit etiam cogi actione
ex testamēto, sicut diximus cogi delegatum su-
scipere delegationem. † Fallit octauo quando 67
constitutus executor in testamento fuit præsens
& tacuit: quia videtur consensisse, quoniam
ubi agitur de honore vel cōmodo, præsens &
tacens videtur consentire, vt l. qui patitur. ff.
manda. Sed acceptare talem executionem &
commissariam, est salutare animæ acceptan-
tis, & refutare, est peccatum: vt not. gloss.
singularis in c. sicut 11. qd. 1. nam hoc est de iu-
re naturali, & hoc probat text. in 5. si verò
expressim. in authen. de hæred. & fal. Item,
quia ubi agitur de honorabili bono, quale hoc
esse censemur, quis tacendo dicitur consentire,
vt not. Innocen. in c. in genesi. de elect. & al-

D leg. d.

IOAN. IACOB. à CANIBVS

leg. d. l. qui patitur. & ita tenuit domi. Andr.
Barba. in d. c. Ioan. de Testa. Ioan. Andr. &
quasi omnes doct. in d. c. Ioan. tenent contra-
rium, quod hoc non videtur consentire per l.
filius fam. s. in ui. ff. de procu. & l. si de meis.
s. recepisse. ff. de arbit. & i. em tenet Pau. &
Cardi. in cle. i. de testament. & Ioan. Andr.
in addit. Specu. de arbit. s. sequitur. verbi.
sed nunquid per d. s. iniur. & Lud. Roma. in l.
que dotis. ff. soluto matri. sed Barto. dicit, quod
ibi loquitur de procurat. cuius officium vile
est. secus forsan in hoc, cuius officium videtur
esse nobile, quod sane non placet: quia cum sit
nudi facti, & competit mulieribus, pueris,
excommunicatis, & bannitis, ut dixi. q. 3. in
multis articulis, non percipio in quo consistat
ista nobilitas: & ideo non recederem a com-
muni opinione. Et allegata per ipsu[m] summu[m]
to intelligi, quando non sunt
onerosa.



SECVN-

DE EXECVT VLTI VOLVN.

SECVNDA TRACTA-
TVS PARTICVLÆ.

S V M M A R I V M .

1. Executoris testamentarij, & commissarij officium & num. 36. Item, qualis ille debeat esse quo-ue consilio adsumatur.
2. Executor testamenti, ignominiae nota carere debet alioquin remouendus. num. 5.
4. Iuris ordo, in paruis rebus non attenditur.
7. Executor testamenti, in soluendo atque alieno contracto à defuncto, rationem personæ habere debet, & ita in quolibet debito, quod sibi incumbit. & num. 8.
9. Executor testamenti, facultatum modum spe-ctare debet, in legatis, fideicommissis, & debitis soluendis.
10. Dispositio fieri nequit super non ente.
11. Hæreditatis pondus, vnde expendatur.
12. Executor testamenti, appositor est locuples, quam pauper: Et quid ita. vtcunq; tamen: sui rationem habere debet.
13. Culpa in re propria tolerabilis, in aliena dam-natur.
14. Pietatis & misericordiae commendatio.
15. Theologiæ cum Philosophia morali, & arte oratoria consensus.
16. Passio non fit assuetis: sed ei per exercitium fit incrementum.
17. Executoris cautio.
18. Executoris excusationes ab onere & munere subeundæ executionis.
19. Executionis testamenti munus, excusationibus repudiare: honestius, quam dolo vel culpa rejici.
20. Executor non est vltro citroq; ascissendus. Et quid ita.

D 2 21 Exe



IOAN. IACOB. à CANIBVS

21. Executoris munus quò referendum.
22. Iudex delegatus rescripti formam debet intueri: nec ultra progredi.
23. Executor, cui nulla ratio executionis præscripta est à testatore, legibus niti debet.
24. Philosophia moralis ad theologiam declinavit.
25. Executor cui nihil præscriptum à testatore, moribus & consuetudine niti debet: quoru magna est vis authoritasq;. Et quid si illa deficiat.
26. Executoris testamentarij munus, præscriptaq; disciplina.

Secunda nunc operis nostri Particula sequitur de commissario & executori iam constituto & creato, quemadmodum in opere se debeat exercere. in qua quidem Particula nos quatuor capita considerabimus.

Primum, quid agere in genere quenq; ipsorum oporteat.

Secundūm quid faciet testamentarius.

Tertium, quid aget episcopus, sive legitimus

Quartūm vero, quid datiuum agere congruat.

Quæro igitur primò, quid quilibet executor, vel commissarius agere debet. + Existimo eum oportere primò prudentem, & postea sapientem fore: quia ad perficiendam ultimam voluntatem, adsumitur, & ad satisfaciendum

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

ciendum illi, qui eius fidem, bonitatem, soler-
tiamq; probauit: creditor enim eius ille vide-
tur existere; iuxta iuris consulti sententiam in
l. 1. ff. si cer. pet. & ad euitandum non solum
æris ignominiaq; periculum, verum etiam ani-
mæ detrimentum, Quando quidem qui non ex-
equitur, ut decet, ultimæ voluntatis sibi à te-
statore lege vel iudice normam impositam, is
primum reddendæ rationi obnoxius extat: ut
argu. l. 2. ff. de neg. gest. l. 1. in prin. ff. de tuto.
& cura. datis ab his s. œconomos. in authen-
de sanctis episcopis. col. 9. clem. quia contin-
git. de relig. do. † Verum etiam ignominia no- 2
tatus, quod dolo aut culpa rem gessit. instit. de
suspe. tut. §. suspectus autem. & l. impuberib.
§. si fraus. ff. eod. tit. nonnunquam animæ de-
trimentum incurrit: Matth. 24. & 25. infi.
& idcirco ante omnia imitetur episcopum, qui
à lege commissarius & executor est constitu-
tus. eum enim oportet prudentem esse non so-
lum diuinarum rerum, verum etiam secula-
rium, ut in c. qui eccl. & c. si quis pontifex
36. dist. quod docuit Apostolus ad Timoth. 1. 3.
c. & in Exod. 14. legimus quod pontifex ra-

D 3 rationale



IOAN. IACOB. à CANIBVS

rationale ferebat in pectore, quod Gratianus 36.
dist. 5. ecce. 14. authen. cum firmavit, sunt igi-
tur omnes hi prudentes, sicut serpentes, ut in-
quit dominus Matth. 10. eorumq; prudentia in
his præcipue consideretur.

3 † Primo qualitatem & quantitatem rei
legatae inspiciat, quæ suæ fidei ac dispositioni
commissa est. Nam si res parua, vilis, ac modi-
ca est, haud contractandum seu dubitandum
est: ut l. si debitori. ff. de iudi. c. & si que-

4 stiones. de simonia. † Item, quia in paruis rebus
non proceditur ordine iudicario, sed lenato, ut
aiunt velo & omni scrupulositate sedata: ut
in l. de submersis. C. de naufragijs & submer-
sis. libro 11. & authen. nisi breuiores. C. de
senten. ex breuiculo recitandis. Neq; præterea
dedecus ex his vel infamia sequi solet. l. si oleu.
ff. de dolo. bene facit de consecra. dist. 1. c. reue-
ra. & ff. de in integ. resti. l. scio. Quinimo si
5 quis scripulus oriretur vel macula videretur,
is iure amoueri, & sordes affirmante commis-
sario, dilui facere potest? ut not. per Pe. in. l.
si quis pro redemptione. C. de don. & l. orpha-
notrophos. C. de episcop. & cler. per sali. in l.
nulli.

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

nulli. C. de episcop. & cler. per Spec. in titu.
de instrum. edi. §. nunc verò aliqua. versi. vo-
candum & per Ioan. And. & Dominicum.
c. fin. §. i. de testam. lib. 6. Si verò res magna
ratione summæ: vel quantitatis, quæ ordinari-
rum exquirit examen: ut in authen. offeran-
tur. C. de litis contest. & c. i. & 2. de litis
cōtest. vel ardua ratione status vel dignitatis,
seu principatus: quæ maiores iudices exigit:
vt. C. ubi causa status. & in titu. si de feudo
marchiæ, ducatus, vel comitatus. col. 10. vel
implicita litibus aut varijs negotiationibus, de
quibus in tit. ff. & C. de ligitiosis. & in auth.
sed cum testator. C. ad l. fal. & c. i. de iure
patro. lib. 6. contemplari debet, quod se opor- 6
tet in foro contentionibusq; versari: tamen
contra scriptos hæredes vt eos cogant: tamen
contra debitores, vt eos exigant: se quoq; co-
rām iudicibus à legatarijs & fideicommissa-
rijs dextra leuaq; pulsandos: sibiq; vtendum
opera, patrocinij, consilijsq; aduocatorum,
procuratorum, solicitatorum: aliarumq; per-
sonarum, de quibus in titulis de postulando, de
suffra. & l. si verò non remu. & l. si nō remu-

D 4 nerandi

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

nerandi. ff. man. l. salla. C. eod. l. fi. ff. de testi.
et l. i. s. aduocatos. ff. de var. et extraord.
cog. quod fieri non solet sine magno labore, cu-
ra, vigilijs et expensis: quæ de ipsis hæredita-
tibus quoniām non educuntur, impendendum

7 est sāpe de suo, quod non facile retrahitur. + Co-
siderare debent qualitatem personarum: qui-
bus exequi debent. Nam aliter soluitur et sa-
tisfit pauperi ac inopi, qui pauco cōtentus pra-
senti, integrum non audet tangere portionem:
et nisi prætor occurrat, decipi consuevit: ut
l. cum hi. ff. de transac. et l. de alimen. C. eod.
tit. Aliter vero soluitur diniti ac opulento:
cui detracto etiā birreto, vix loqui possumus,
neq; satisfit, etiam si debitum mittatur ad do-
mum, sed pendere oportet debitum etiam cu-
mulatiore mensura cum omnibus usuris et ac-
cessionibus: si quando post morulam solutum
est: ut l. mora. et l. videamus. ff. de usu.

8 + Aliter quoq; ecclesijs, hospitalibus, pupillis
collegijsue, pijs miserabilibusq; personis: qua-
læsæ iuuantur sepissimè, quiq; circumscribi
non debent: ut in titu. ff. et C. ac extra de
in integ. restit. et de minoribus, quibus sine
tutori-

IOAN. IACOB. à CANIEVS

tutoribus & curatoribus, ac iudicis decreto,
soluendum non est: ut satisfaciens plenissi-
mam possit consequi liberationem: ut institu-
quib. alie. licet. §. fin. & l. sancimus. C. de ad-
mini. tutor. Aliter quoq; legatum præstari ex-
traneis debet: quoniam testator hoc voluit:
& aliter filijs, parentibus, patronis, uxoribus,
maritis, reliquisq; coniunctis: quibus etiā ultra
voluntatē æquitas etiā ac pietas debitū facit,
quod dicimus naturale. + Comissarius attendit 9
etiā locuples an sit hæreditas optimeq; soluēdo:
an verò exilis & tenuis, quoniam si amplæ sunt
facultates, legatū paruum ac mediocre deduci fa-
cile atq; persolui potest, quoniam dici solet, quod
in maiori summa minor inest l. 1. §. si quis ita.
ff. de verbo oblig. l. diem proferre. §. itē queri-
tur. ff. de arbit. Et in toto inest pars, & in
corpore ius realis seruitutis vel ususfructus
videtur inesse. l. que de tota. ff. de rei vendi. l.
si quis cum totum. ff. de except. rei iudi. l. usus-
fruct. est pars. ff. de usufru. benefacit. l. si quis
locuples. ff. de manu. testa. modò res clara &
liquida neq; creditorum nexibus obstricta sit:
ut in titu. de pigno. & hypothecis. rei enim.

D s tantum

IOAN. IACOB. à CANIBVS

tantum abesse videtur, quantum extitit ob-
ligata. ff. de neg. gest. l. si quis mand. & ibi
glos. alleg. concor. Si vero hæreditas inops atq;
(ut ita dixerimus) iejuna, non facile quod
præstandum est, potest ad inueniri. + quoniam
super non ente, non potest fieri dispositio: ut
not. in c. ad audientiam de eccle. ædifi. per Car-
di. in repe. cle. literas. de restit. spon. Bart. in l.
Gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posthum. l.
pen. ff. de leg. primo. Et id est non est curandum
de nomine, nisi habeatur effectus: ut not. in
authen. de priui. do. hæreti. mulie. non præstan.
gloss. in verbo: imposuit. col. 8. benefacit. l.
omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. & l. in
frau. ff. qui & à quibus. & insit. eod. tit. §. si
quis in fraudem. vnde iuxta Salustij sententi-
am, frequenter culpa negotij, ad dispensatorem
reijicitur, qui vel maximo cū labore res ad ef-
fectum perducit: aut dolo & culpa in rebus
versaturus ab omnibus æstimatur, quæ opinio
non parum attenditur: ut not. gloss. in l. con-
sensu. C. de repu. & l. in edibus. §. fin. ff. de do-
na. Magnitudo + vero & minoritas ipsius cō-
missariæ vel hæreditatis aut patrimonij ex
quali-

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

qualitate rerum & personarum consideranda est: iuxta ea, quæ dicit text. in l. sed & si suscepere it. in prin. ff. de iudicijs. & not. docto. in l. admonendi. ff. de iure iurando.

Executor suam t debet considerare 12
personam. nam aptior ad aliena negotia gerenda, qui diues est, sibi q sufficit, quam is, qui pauper victum sibi opera querit quotidiana: quoniam qui non habet, dare non potest, ut l. traditio. ff. de acquir. rerū do. 1. q. 7. Daibertum.
Aut si quid dare is potest, à seipso, ut vult charitas ordinata, debet incipere: ut l. i. C. de serui. & aqua. dummodo alteri non noceat: ut l. i. §. idem aiunt. ff. de aqua plu. arcen. Item, scire debet, an solers, an verò negligens sit:
t quia culpa, quæ in re propria toleratur, 13
in re aliena damnatur. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrim. & ibi notat. Item, an pluribus liberis, administrationibus implicitus ac obnoxius sit: quia pluribus intentus, minor est ad singula sensus: ut l. quisquis. C. de postu. l. fin. C. de assesso. c. cum non ignores. de præbendis. c. quia nonnulli. de cleri. non residen. An verò vacuus, idoneus
& aptus

IOAN. IACOB. à CANIBVS

Caput sit, qui cùm hoc particeps sit ciuilis
societatis, ipse tenetur, quod sibi superest, alijs
erogare: sicut etiam vellet proximum suum
sibi constituto in necessitate sibi subuenire, haec
enim diuina lex est, quæ scripta est Matt. 7. c.
¶ in decre. 1. distinct. c. 1. Vnde Ambro. in
lib. de offi. inquit, non satis est bene velle, sed
etiam benefacere. Nec satis est iterum bene
facere: nisi id ex bono fonte, haec est ex bona
voluntate proficiscatur. Vnde idem subdit: pa-
scere fame morientem. quisquis enim pascendo
hominem, seruare poteris, si non paueris, occidi-
sti: ut in decret. 86. distinct. non satis. ¶ c.

¶ 4 pasce. + caret enim splendore virtutis, quam
clementiam appellamus, qui potens bene face-
re, viscera misericordiae non aperit: ut ibidem
inquit Hiero. tantoq; magis, si parentibus, ¶
alijs sanguine coniunctis, si facultatem subue-
niendi nactus, non adiuuat, sed derelinquit, ut
ibidem legitur, ¶ l. veluti. ff. de iustitia ¶
iure. Cogitetq; sibi legum aut canonum docto.
¶ 5 sine philosophiae moralis + aut oratoria artis, &
quibus non theologica distat sapientia, id do-
num sibi diuinitus esse concessum, non ut illud

RECO-



DE EXECVT. VLT. VOLVN.

recondat in terra. non ut ponat sub modio: sed
ut ponat super candelabro, ut iuuet alios, qui
tumue valet, ut profit. Idemq; dicendum, si
exercitatus ac practicus alias commissarias
tractauerit, executusue fuerit laudabiliter.

+ Vnde solet dici, quod ab assuetis non fit passio. 15
Sed potius id artificium per exercitium susci-
pit incrementum, ut l. leg. fernis. §. ornatrici-
bus. ff. de leg. 3. Quod si prorsus ignarus existit,
aut rudis, & inexpertus, non suis viribus confi-
dat: nec temere in altum vela deducat, sed
consulat peritiores: ut l. nec supina. & l. re-
gula. §. sed iure. ff. de iur. & fac. igno. l. 1.2.
& 3. C. eod. titu. l. iuris ignorantia. C. qui ad-
mitti ad bon. pos. possunt.

Cogitare debet ipse commissarius,
+ executore designatus, an solus unicuse sit 17
deputatus, an vero cum alijs socijs, collegis
participibusue. Quoniam si solus, liberior eius
erit voluntas, neq; habebit alterius expectare
consilium, quoniam segnus expedient commis-
sa negotia plures, & etiam quia multitudo
principantium, est mala: ut 12. Metaphysicae.
& l. fin. in fin. ff. de rerum divi. Si vero plures
sint con-

Sint constituti aut collegium, vel vniuersitas conferendi, consultandiue, maior habebitur commoditas. unde quoniam dicitur, ut soli, quia si ceciderit non habebit subleuantem, ut 81. dist. c. in omnibus. Et ibi est gl. bona, et de pœnit. dist. 2. quando. Quanquam communio soleat discordias et plura in commoda parturire, ut l. cum pater. s. filijs matrem. ff. de leg. 2. l. ne in plures. ff. de exercitoria. Et in proœmio. ff. s. Et ante quidem.

I8 † Si nominatus et designatus executor se inopem, vel rudem, ac inexpertum, vixque sibi suisque sufficientem: negotium vero sua fidei curaeque commissum arduum, magnum, difficileque fore cognoscit, et se solum, vel cum collegi oneri adiuncto imparem, melius, tutius, salubriusque est, ut hoc minime accepret officium. Quinimo expresse refutet atque repudiet, neque legatum munusue suscipiat, agatque quo tacite illud suscepisse

I9 videatur. Quinimo, si grauius † in iudicio vel ext. cogatur, vel urgeatur, compareat et excusationes proponat, sicut creati tut. vel cur. facere consueuerunt: ut in tit. ff. et C. de excu. tut. vel curatorum modo illæ sibi competit excusatio-

HES

DE EXECVT. VLTI. VOLVNT.

nes vel aliqua ipsarum. sic enim illi melius
eueniet, quam si ob dolum vel ob culpam tan-
quam suspectus amoueretur, aut post gestum
negotium obnoxius rationibus reddendis in
proprijs facultatibus laceraretur.

¶ Si executor viderit nullam sibi excusa- 20
tionem posse competere, & charitatis ac equi-
tatis vinculo se adstringi ad officium hoc onusq;
suscipiendum, non debet ullo metu frangi, neq;
perterreri, sed magno & elato animo laetaq;
fronte id suscipere atq; complecti. Quoniam
libens spontaneaq; susceptio, gravior Deo
& hominibus esse indicatur, sicq; ipse legi, sic
defuncti iudicio, sic legatariis & fideicomis-
fariis & que satisfaciet. Et præmium à testatore
relictum iuste suscipiet, & à Deo maximo &
optimo securus expectet modo tria sequentia
præcepta suscipiat.

¶ Et executor ipse voluntatem defuncti 21
speculetur, & sequatur seruet ac impleat, quo
ad se fieri potest: tota enim authoritas sibi ex
illa sumenda est. Hic tota vis finisq; consistit.

¶ Sicut enim procurator mandati fines tueri 22
atq; seruare compellitur, si argui damnariq;
non

IOAN. IACOB. à CANIBVS

non vult: ut l. diligenter. ff. mand. & instit.
eo. tit. §. 1. sicut delegatus iudex rescripti for-
mam iubetur intueri: ut c. cum dilecta. de
rescript. l. iudicium soluitur. ff. de iudicijs. sicut
etiam, qui ex compromisso vim, autoritatem,
libertatemq; solet suscipere. l. non distingue-
mus. §. de offi. ff. de arbit. l. ne in arbit. & l.
cum anteà. C. eod. Sic etiam ipse commissarius
seu executor omnia ex voto ac voluntate te-
statoris debet implere: modò illa voluntas non
sit probrosa, inhonestæ legibus inimica: ut
l. conditionibus. la. 1. & 2. & l. seq. & l. qui-
dam in suo. ff. de cond. instit. & l. sicum dies.
§. compromisso. ff. de arbitris.

23 Qui executor est factus, si per + testa-
torē vel iudicem sibi nullus modus neq; men-
sura præfixa est, tunc id exequatur, ut faciat
quod sibi per leges licet, aut canones: nam sicut
nulla res humana est, quæ non cæsareis legib.
sit diffinita: ut in toto titu. ff. & C. de legib.
ita nullæ, quæ non eccle. consti. decidi possint:

24 ut c. super Spec. de priui. & idem puto + de
Theologia, ad quam moralis Philosophia tota
se declinavit. Quoniam illa est legum parens
& alumnus

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

¶ alumna. Et idem sentio, si quis præclarus fuerit orator, qui omni doctrinarum genere ac præsertim cumulatus esse debet: ut Quintilianus & Cicero meminerunt. Igitur executor in his per se, quantum potest inspiciat. Quod si per se, id nequit absoluere, peritiores consulat & sapientum incumbat responsis. neq; aliter ad dextram sinistramue declinet, aut grauando hæredes vel legatarios, aut nimium molliendo, sed stateram gestet in manibus: & ius suum vnicuiq; distribuat.

† Et nouissimum erit consilium commissario 25
¶ executori, quem præstantissimum esse nos volumus, ut omnibus prescriptis modum, venustatem, formamq; adhibeat, quibus cum maturitate ac decore queant procedere, ne hac quam cupiuit laude fraudetur, obseruet enim in primis quid in re ipsa à se vel ab alijs solitum & obseruatum est. habet enim maximam in rebus vim mos & consuetudo. ut in. d. c. mos. & c. consuetudo. l. de quibus. & l. inueterata. ff. de legibus. l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iudi. C. quæ sit longa consuetudo. l. 1. & 2. & c. fi. de consuetudine. Quod si nihil usitatum

E inue-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

inuenerit adhibeat rationem loci, & temporis
personarum ac rerum: nec seueritatem rigorū,
neq; mollitiem &quitatis: sed quod intercurrat,
admittat. & quod honestū pulchrūmū sit, li.
cere consideret: iuxta ea, quæ not. in. l. & silen-
tibus. C. si contra ius vel utilitatem publ.
prætor. §. 1. ff. de ope. no. nun. l. 3. §. in bello. ff. de
re mili. 41. distinct. c. 1. de statu regul. eaque.
&c. cùm quis. de senten. excommuni. libr. 6.
Et hoc genere libasse sufficiet.

26 † Quæro modò secundò, quid agere debet te-
stamentarius executor? Ego in hac re, ut elabo
rior res fiat, primò responsum breue compendi-
osum q; prælabo. Deinde singulas partes rece-
fendo incidentes tollam dubitationes: ita quòd
omnibus supputatis res lucidissima remanebit.
Debet enim executor testamētarius, velut bel-
li optimus Imperator, postquam se ducem noue-
rit designatū, scuto & thorace se præmunire,
signiferos & bellatores colligere, hostes inua-
dere, pugnandi copiam illis præbere, manus
conserere, consequiq; victoriam: eamq; velut
ti prædam diripere, partiri, triumphoq; perpo-
tiri. Debet enim primum officij sui munus aut
sponte

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

sponte vel ex mandato suscipere. De hinc debet cautiones offerre, quo securius agere ac conueniri possit. Et debet inventario singula conscribi facere, ne veluti praedo velit aufugere. Postea colligas seu commissarios, si qui sunt, evocare: cum illisq; de re gerenda deliberate consulere. Quinto sequatur, haeredum legatariorum, fidei commissariorum, & debitorum haereditariorum oppugnatio. Sexto, erit corundem ac sui iusta defensio. Septimo, haereses ac legatarios in possessionem ex ordine inducit. Octauo, defuncti bona vendet ac commutabit. Nono, distribuet. Et decimo villicationis sue laudabilē debet reddere rationem.

S Y M M A R I V M.

1. Executor testamento decretus, an sponte officium subire debeat, aut possit.
2. Iudicis authoritas maxime conuenit in executionis munere subeundo.
3. Executor cautionem præstare & offerre vltro debet, nulla vi coactus.
4. Cautionum species.
5. Executor cautionem præstare debet legitimè, non vitiōse.
6. Executor testamentarius quatuor cautiones præstare debet quæ patent. ibi. & nu. 7. 8. & 9.
10. Tutor & curator an teneantur de iudicato soluendo: rem item ratam dominum habiturum.

E 2

II. Tutor



IOAN. IACOB. à CANIBVS

22. Tutor & executor testamētarij, an teneantur satisdare. disting. nu. 12.
23. Executor testamentarius quatuor casibus teneatur satisdare.
24. Executor vel commissarius, an teneatur inuentarium facere.
25. Notarij adhibēdi sunt in cōfessione inuētarij.
26. Executor inuentariū facere debet corā iudice.
27. Executor debet curare de scribi in inuentario, res corporales inuentas, per signa & confinia.
28. Inuentarium conficiendum ab executore, debet continere nomina debitorum, & summas ipsorum instrumentorum. Item, bonorum ipsorum estimationem nu. 19.
29. Executor quid protestari debeat in confessione inuētarij.
30. Inuentarij conficiendi onere, qui subleuentur. Et qualis vndeue petēda excusa: 10. & nu. 22.23.
31. Iudex quando possit remittere confessionem inuētarij, p o vtilitate pupilli.
32. Inuentarij confessionem potest remittere loci consuetudo.
33. Executor an debeat suos collegas & executores consulere.
34. Executorum quilibet an possit per legem agere & distribuere, non consulto collega.
35. Executorum plurimum unus, quando, & quot casibus agere & exequi possit non consultis collegis & socijs. ibid. & .nu. 9. 30. 31. 32. 33. & 36.
36. Executorum defunctorum loco an alij subrogari possint aut debeant.
37. Facta multa tenent, quæ prohibentur fieri.

I S. Repetitis. † Igitur singulis supradictis, regredior ad primum. & quero verum qui exē-

CHOR.



DE EXECVT. VLT. VOLVN.

cutor est deputatus in testamento, sponte debe-
at officium adsumere? in quo quidem casu aut
ipse quidem officium sponte non accipit, sed in-
bente prætore vel alio iudice competente: &
tunc curare debet, ut de pronuncia seu decreto
ac iussu iudicis constet: quoniam id suæ potesta-
tis est fundamentum: arg. s. si filius. ibi allatis
imperialibus codicillis. instit. quibus modis ius
pat. potesta. soluitur: & in tit. C. de filijs ante
dota. instrumen. nat. col. 3. + sin vero dubius 2
est, adhuc existimo ut cum iudicis autoritate
suscipiat melius fore: quin tutius est: arg. c. ius-
uenis. desponsa. l. adoptiuss. d. seruiles. ff de ri-
tu nupt. Quod si nullo imperio cogere ad com-
missariam vocatus extiterit, & possit rebus
ipsis se ingerere: Urbanus tamen erit si faciat
hoc iudicis autoritate. arg. l. credi. C. de pi-
gnori. &. l. 2. cum gloss. verò repellere. C. de
iu. emphy. Quòd si nullo imperio cogi velit, erit
tamen æquum & decens, si sub præsentia pu-
blicarum & honestarum personarum ad gu-
bernationem accesserit.

Proxime, commissarius + executorq; noster 3
cautiones, de quibus fuerit requisitus, animo

E 3 non

IOAN. IACOB. à CANIBVS

non aduersante præstabit. quinimo spontaneum
se offeret: quoniam satisfatio securos facit:
qui expectant, & cum qui præstat accuratio-
rem facit: nisi forte quis locuples arbitratur si-
bi quodammodo ignominiosum fore, alteri se
obnoxium facere, aut quis graue ac molestum
ducit alienam opem expectare: quibus erit
quandoq; iuris remedio succurendum. vnde do-
ctorum nostrorum sententias adducemus. Cau-
tionum tamen multæ sunt species. Quædam e-
nim fit cum pignoribus vel fideiussoribus: &
hæc appellari solet idonea: vt. l. sancimus. C.
de verbo. & rerum significa. plus tamen cau-
tionis in re est, quam in persona. insti. de oblig.
quæ ex deli. na. & furti. & ff. de reg. iur. plus
cau. Quædā verò simplex nudaq; dicitur, &
hæc illa est quæ verbo simplicique promissione
concipitur; vt ibi. &.l. cautio. C. de procura.
Quædam verò est cautio iuratoria, de qua lo-
quitur auth. generaliter. C. de episco. & cle-
ri. l. 2. &. si dubitatur. ff. de iudicijs. c. prout
glo. 2. de dolo & contu.

De his in. l. habere. &. cautu. ff. de ver. sign.
& in. c. literas. de rest. spo. & c. proc. de don.
inter

DE EXECVT. VLTI. VOLVNT.

inter vir. & uxo. c. ex parte. de ver. sing. &
de cōuer. cōiu. c. ex pu. per Io. An. in addi. Spe.
sub rub. de pign. per Bar. in l. diuortio. §. inter-
dū ff. solu. matr. & l. quicunq;. C. de omni aoro
deserto. li. II. + huiusmodi cautiones non debent
præstari vitiose: quia quoties vitiose cautū est,
pro nō cauto habēdū est l. quoties ff. qui satisd.
cog. Item, non debent præstari. ubi opus non
est. ff. de procura. l. non cogendum. §. fin. glos.
vlt. & l. hac stip. §. i. ff. ut leg. nomine caueat.
+ Quatuor igitur cauere commissarium sine &
executore pleriq; doctores volunt. Prima qui-
dem dicitur cautio, rem ratā haberi, per lega-
tarios & fideicommissarios pro quibus aget
perpetue in iudicio. Et rursus ob eam causam
posset à pluribus conueniri: ut ff. de leg. l. si à
pluribus. i. responso. & l. & si ad speciem ff.
rem pub. sal. fore. Secunda + verò cautio est, 7
rem saluam fore: quæ ad eius manus peruenie-
rit, quoniam si legatarij mortui fuerint ante
conditionis eventum, vel legata fuerint cadu-
ca. vel pro non scripta, vel aliter effectum ha-
berent non possent, quod ipsa hæredibus alijsue,
ad quos ea respertinebit, reddet restituetq;. l. 3.

IOAN. IACOB. à CANIBVS

§. fi. ff. de ali. & cib. leg. l. penult. in fi. ff. si cù
plus quam per. l. falc. l. si tibi legatum. ff. de leg.
3. l. si. Titio. in princip. ff. de leg. i. & l. quidam
8 §. i. eo. ti. Tertia terit cautio, quod executor ha
redem, eumue, à quo legatum vel fideicommis
sum præstandum suscipiet indemnem seruabit
ab omnibus qui ab eis id petere aut consequi
possent, arg. d. l. si à pluribus. i. responso. ff. de
9 leg. i. † Quarta & vñl. cautio erit, quod executor
seu commissarius re promittat hæredibus alijs.
ue, quorū intererit, de defuncti voluntate cō
plenda: ar. l. si tibi legatum. ff. de leg. 3. l. cum
quidam. §. 2. & l. si à pluribus. ff. de leg. i. l.
Titio. in prin. &. l. quibus diebus. in. fi. ff. de
condi. & demō. l. insulam. §. fi. ff. de locato. &
conducto. & in auth. de hæred. & fal. §. si quis
autem. pro quibus facit. insti. de satisd. tut. in
10 princ. &. C. de fideius. tuto. per totum. † Sed
hæc sententia oppugnari maximè cōsueuit: quo
niā in. l. nulli C. de episco. & cleri. ponitur
norma: quæ per tales executores est obseruan
da nihilq; ibi de his cautionibus agitur, meritò
nec nos tanquam sapientiores leges debemus
inducere. Secundò quia officium suum nemini
debet

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

debet esse damnosum. l. si quis ex signatoribus.
ff. quemadmodum test. aper. sed si cauere tene-
tur hoc esset eiusmodi: ergo rectius est, quod ipse
non caueat. Tertio, quia huiusmodi personæ
tutoribus & curatoribus comparantur, ut su-
prà sepius est conclusum. Sed tutor & cura-
tor non satisdant de iudicato soluendo: nec rem
ratam dominum habiturum: vt. l. tutores de-
bita. & l. f. §. defensionem. C. de administra-
tione tuto. & l. i. §. nec cogendi. ff. eo tit. &
no. in. l. actor. ff. rem ratam haberi. ergo nec
isti executores cauere debeant. † Quarto, quia II
sicut tutor testamentarius non satisdat, quod
eius fides à testatore probata est: vt insti. de
satusda. tuto. in princip. & §. l. ita nec execu-
tor, cuius elec̄tio videtur sufficere loco appro-
bationis, vt l. de creationibus. C. de episco. audi.
Quinto, quia videtur casus quod fideiubere nō
debeat, nisi testator iussit. l. diuus. ff. si cui
plus quam per. l. fal. l. liberto. §. largius. ff. de
annu. lega. l. Firmio. §. i. ff. quando dies lega.
ce. Sexto. induci potest. l. pecunia. ff. de alimē.
& cib. leg. l. orphanotrophos. in princ. C. de
episco. & cler. & in auth. de eccl. tit. §. fin.

E s Et



IOAN. IACOB. à CANIBVS

Et huic op. ausus est accedere Vber. de Bobio,
¶ archi. in c. fi. §. 1. de testa. lib. 6. ¶ Bar. verò
12 in l. diuus ff. si cui plus quam per legem falcid.
¶ Salyc. in l. nulli. C. de episc. ¶ cleri. per
distinctionem concordant op. Aut est execu-
tor vel commissarius datus à lege vel statuto:
qualis est episcopus vel procuratores s. Marci,
alijue similes: ¶ hic non satisdat: quia eius fi-
des per legem approbata est: ut l. nulli. ¶ l. cū
clericis. C. de episco. ¶ cleri. aut est executor
datus à iudice. Et talis regulariter debet satis-
dare: vel l. 3. §. debebit ff. de alimen. ¶ ciba.
leg. nisi forte sit ex inquisitione datus, ut insti-
de satisda. tut. in princ. vel nisi possideat im-
mobilia, vel multa mobilia: ut l. sciendum ff.
qui satisda. cog. cum ibi no. Aut est testamen-
tarius, ¶ is similiter in dubio non satisdat,
quasi eius fides à testatore sit comprobata: per
tex. insti. in princ. de satisda tuto. ¶ cu. ¶ Fal-
lit primò, ubi factus est non soluendo, ¶ pau-
per siue testatore viuente, seu mortuo: ut est
tex. singu. cum gl. in l. liberto. §. largius ff. de
annu. lega. Fallit secundò in executore non
mero: quia satisdat de soluendo, adueniente dia
vel

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

vel conditione: vt l. cum quidam. & si scriptus
ff. de leg. 1. Fallit tertio, quantum ad cautionem
primam de reddenda pro re caduca vel pro
non scripta: quia illa est praestanda: vt dicta
l. si à pluribus ff. de leg. 1. Quod intelligit Bar-
to. nudam promissionem vel cum iuramento:
non autem cum satisdatione: vt l. pecunie 2.
responso ff. de ali. & cib. leg. Fallit quartò, in
cautione de implenda voluntate, vel conser-
uando indemnes: quoniam lagatarius eam cum
satisdatione praestabit: vt l. si tibi ff. de leg. 3.
& l. quibus diebus. & fin. ff. de conditio. & de-
monstra. Sed si est minister non nudus, saltem
simpliciter cauebit per. d. l. si à pluribus. de leg
1. & l. Firmio. & 1. ff. quando di. leg. cedat.
Deinde is, qui + executor, vel commissarius 14
est, debet inuentarium seu repertorium con-
ficere, sicut haeres facere consuevit: de
quo in. l. fi. C. de iure de lib. Et similiter
tutor, de quo in. l. fin. C. arbi. tute, & l.
tutor. qui repertoriū. & l. chirographis. ff.
de admi. tuto. & sicut curator datus bonis: ve
tenet glo. & Bar. in. l. 1. ff. de cura. bonis dudo
l. 1. in fi. ff. de yentre in pos. mit. per Aiberi. in l.
de cre-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

de creationibus. C. de episcop. audi. Sicut etiā
œconomus, de rebus eccl. mortuo episcopo: vt.
12. q. 5. sicubi. & no. Ioan. An. in c. vt præteri-
tæ. de electione. lib. 6. Et sicut facit episcopus,
qui est executor legitimus: vt. l. nulli. C. de e-
pis. & cle. l. si quis pro redemptione. §. 1. C. de
dona. l. si quis. C. de bon. prescri. & 12. q. 2.
charitatem. & 28. dist. de siracusan. Et sicut
debent facere multi alij. de quibus inspec. de
instru. edi. §. fi. & ibi per Io. An. & §. d. ver.
15 præla. & ver. sunt etiam. † In ipso autem
conficiendo. 6. præcipua documenta sunt attē-
denda. Primum quidem quod in eo conscriben-
do publicè adibeantur personæ: quod de notariis
intelligitur, vt. l. tuto. C. de admi. tuto. quan-
quam unus tantum sufficiat: vt ibi dicit glo.
16 quam consuetudo admittit & approbat. † Se-
cundò requiritur, quod fiat coram iudice: ar. l.
chirographis. ff. de admini. tuto. Quod quidem
verum est, vt fiat fides per ipsum contra de-
bitores: aliter, quantum ad faciendum fidem
contra ipsum debitorem, sufficiet ipsum inuen-
tarium etiā sine iudice: vt. d. l. chirographis.
17 & l. fi. C. arb. tutela. † Tertio exigitur, quod in
dicto

DE EXECVT VLTI. VOLVN.

dicto inuentario describi faciat res corporales
inuentas per signa & confinia, sicut ponuntur
& exprimuntur in rei vendicatione: vt. l. si
in rem. ff. de rei vend. afferendo se inuenisse, se-
cundum Bart. in. l. tutor. qui repertorium. ff. de
admi. tuto. qui reprobat practicam Spec. in ti.
de instru. edit. & si. qui ponit, quod debet assere-
re rem fuisse in bonis, vel quod credit esse talis
quia dominium propriè loquendo, nō subiicitur
inventioni. quinimo res potest dici esse in bonis,
qua non sit reperta: sed pro qua tantum habe-
atur actio: vt. l. rem in bonis. ff. de acquiren.
rerum do. + Quartò debent ponni nomina debito- 18
rum, & summas ipsorum instrumentorum, qui-
bus valeant conueniri, sed tamen tale inuenta-
rium non faciet fidem contra debitores, nisi
citatis ipsis: quorum interest clare: vt. l. au-
qui aliter ff. quod vi aut clam, & ipsa instru-
menta debet esse scripta extensem, vt. d. l. tuto-
res. C. de admi. tuto. Quintò oportet ponere
bonorum & ipsorum estimationem, vt si contin-
geret amissio, melius sciretur, quid, quantumue 19
restitui oporteret, vt. l. fi. C. de magistra. con-
ueniendis. & ita dicit se vidisse seruari, licet

Bononia

20 Bononiæ non obseruetur. Sextò debet adponi protestatio, quod si qua sunt adposita, quæ non deberent adponi, vult, quod non habeantur pro adpositis, & è contrario: si qua sunt non adposita, quod adponentur: ut no. in d. l. tutor, qui repertorium, & d. l. tuto. C. de admi. tuto. Quod est utile propter expensas & venditiones bonorum & distributiones, quæ postea in ipso inventario describentur. Et etiam erit utile propereà, quæ non apparent de præsenti, sed apparebunt in futurum. Et sic excusabitur à dolo præsumpto quod subtraxisse videatur bona distribuenda: in quo subesse dicitur quilibet, qui ratione officij ad aliquid obligatur: ut probatur in l. carceri ff. de custo. reorum & l. si. procu. s. dolo. ff. manda. & l. do. ff. ad l. fal. Ex-

21 cusatur tamen à tali & confectione inventarij, qui iustissimam causam pro excusatione poterit allegare: ut d. l. tutor, qui repertorium, ff. de admini. tuto. & dant exemplum docti, quia morbo sottico talis fuerit impeditus: ut. l. quantum. ff. de re iudi. Item, quia res adhibita inquisitione diligenti haberi non potest. ut. l. 3. s. Neratius. ff. de acquiren. pos. & l.

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

cum res. & sed si stichus. & vers. item, si res.
ff. de leg. i. Excusantur t etiam, quibus testa- 22
tor remisit talis inuentarij confectionem: ut
l. fin. C. arbit. tutelæ. Et ita disputando vide-
tur conclusisse Marsyli. In contrarium vero
videtur, quod remitti non potest tanquam in-
uitatis ad delinquendum: ut tenet Bald. in
l. fin. in fin. C. arbit. tut. & l. fin. g. in compu-
tatione. C. de iure delibe. de ista. q. habetur per
Ang. in suo consi. 144. per Alex. lib. 4. consil.
num. 62. quod incipit: Serenissimus & Chri-
stianissimus Imperator. per Bart. in l. nemo
potest, & ibi Pau. & Alexan. ff. de leg. i. per
Bal. in l. in confirmando tutori. per Specu. in
tit. de tuto. g. hoc autem, & ibi per Ioan. in
addi. per Cyn. in l. fin. C. arbit. tute. per Bart.
in l. tutor, qui repertorium. ff. de admini. tuto.
Ego vero consului, t quod potest remitti con- 23
fectio inuentarij etiam executori, sed non hæ-
redi; quia non tantum obligatur confectione
inuentarij tutor & executor, quantum hæres,
neq; tantum beneficij ex eo consequuntur.
† Quinimo sentit Bart. in d. l. tutor, qui reper- 24
torium, quod etiam index ex officio potest
remit-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

remittere confectionem inuentarij: quando ex-
pediret pupillo, ne manifestaretur suum patri-
monium: vt l. 2. 9. tractari. versio. ergo si ma-
ter. ff ad Tertul. & C. de alimen. pub. præst.
l. vltim. & C. quando & quibus quartapars
debetur. l 2. lib. 10. sicut etiam index ex offi-
cio posset remissionem impedire à testatore fa-
ctam, quia, cōtra honorem vel utilitatem pu-
pilli: vt l. utilitatem. & l. in confirmingando ff.
de confir. tut. & l. quidam decedens ff. de ad-
25 mini. tuto. † Et eodem modo consuetudo loci
possit inuentarij confectionem remittere: se-
cundum Bartol. in dicta. l. tutor. qui reper-
tor. ff. de admini. tuto. arg. suprà de leg. l. de
quibus. & C. quæ sit longa consue. per totum.
Et idem puto, si non expediret ipsum inuenta-
rium facere: veluti quia executor vel commis-
sarius ad unam rem tantum datus esset: vt
not. glo. in simili in l. de creationib. C. de epis.
audi. & Barto. in l. & ff ad species. ff. rem pu-
pil. sal. fore. ubi tutor vel curator ad litem da-
26 tus, non tenetur confiscare inuentarium: † Vi-
dendum modò, quid sic armatus executor de-
bet efficere. Ego quidem hortor, ut ipse colle-
gat.

DE EXECVT VLTI. VOLVN.

gas, si quos habet, adeat: aut ad se vocet: aut ad aliquem honestum locum faciet conuocari, ut propositis, quæ sunt agenda, in medium cōsulant, atque deliberent, exequanturū. quia quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari: ut in regula, quod omnes. ff. de regu iur. aut constituent vnum, qui ager nomine omniū: ut l. qui proprio, cum duabus, ll. sequent. ff. de procur. alias unus non posset, ex quo omnes ex equi iussi sunt: sicut dicimus in pluribus arbitris, & sicut dicimus de pluribus iudicibus simul delegati: ut l. duo ex tribus ff. de re iud. & c. cum causam de offic. de leg. Benefacit l. 2. C. dehāred. actio. † Quidā tamen putauerūt quē- 27. libet per se quamvis solum agere, distribuereq; posse: ut l. si plures. ff. de cura. bon. dando. l. decreto. ff. de admit. tut. l. si quis cū procur. cum l. seq. ff. de procur. cum sit officium voluntariū: ut no. in Spec. de instr. edi. §. nūc aliqua. ver- sic. & no. quod ideo. Quod etiā Vbert. de Bob. videtur esse tutius: cum dici soleat, quod & si lege hoc fieri non debeat. factum tamen debet vires obtainere: arg. l. 25. biduum ff. quando ap- pel. sit. & videtur idem Io. de Deo, tenuisse.

F

Quod



IOAN. IACOB. à CANIEVS

Quod Io. An. in addi. videtur non esse verum,
vbi quando testator dederit speciale manda-
tum, quod quilibet agere posset. alia tenenda
est opin. superior, & tenenda pro regula: que
28 + fallit primò, quando testator dixit, quòd al-
ter sine altero posset procedere: vt extrà de
testam. c. Rayn. de offic. deleg. c. uno c. pru-
dentiam i. responso. eod. tit. & ff. de arbitr. l.
non distinguemus s. in plures. & c. fin. s. sane
29 de test. lib. 6. Fallit secundò, quando + commo-
dè vocari non possent: quia longè abessent, vel
expectati non venirent: quia tunc valeret
processus aliquorum sine alijs: ut in d. s. nunc
aliqua vers sed queritur, an executores. & se-
quitur Arch. in addi. c. fin. s. i. de test. lib. 6. de
qua distantia & expectatione stabitur iudicis
arbitrio & ibi hoc tenet Ioan. And. Domin.
Henr. & Zenze. per gloss. in c. cum nullus. de
30 tempo. ordi. + Fallit tertio, quando ex pluribus
executoribus unus decedit quia eius officium
accrescit superstitibus ad instar usufructua-
rij. ff. de usufruct. ac cres. l. i. in prin. Fallit
31 + quartò, quando unus acceptauit: & postea
32 tenuit: d. c. f. s. i. de testa. lib. 6. Fallit + quin-
to, quan-

DE EXECVT. VLT. VOLVN. 36

tò, quando unus vellet sed non potest, impedi-
 tus vel morbo, vel alia simili causa: quoniam
 alter exequetur. Fallit sextò, quando unus al-
 teri + suas vices cōmisisset, & esset res, quæ in- 33
 dustriam personæ non exigeret. ar.c. quamvis.
 & c.fin. §. 1. de offi. deleg. & l. unica. §. cum
 aut C. de ca. du. tol. et l. nemo est, qui nesciat. ff.
 de duobus reis. + Veruntamen, quia nunnulli 34
 credebant loco deficiētum alios subrogandos,
 executioni tutorum p̄mōrtuorum: ut in tit.
 C. quibus in casibus tutorem habenti tutor da-
 ri possit, adhibēda est dist. Io. de Deo, sua q. 14.
 lib. 3. quam sequitur Spe. in versi. 13. Quod aut
 testator legauit res certas personis certis, aut
 arbitrio cōmissariorū aliquid distribui voluit,
 vel iussit hospitale vel domū religiosā cōstrui.
 Primo enim casu, factū ab uno tātū, etiā non
 uocatis collegis, effectū sortietur: quoniam, + mul- 35
 ta fieri prohibētur, quæ facta tenēt. de regula-
 rib. c. ad apostolicā 1. q. 1. quidā 30. q. 5. sed obij-
 citur. et hoc speciali fauore alterius volūtatis
 quæ debet impleri, ut de dona. c. cum dilectus
 l. 1. C. de sacr. san. eccl. in authen. de nupt. §.
 disponat 13. q. 2. vlt. volunt. de test. c. indican-

F 2 tem

IOAN. IACOB. à CANIBVS

36 tem. + Secundo casu, unus nequit expedire sine alijs ad instar iudicium vel eligentium: ut c. in bonæfi. de elec. Tertio verò casu similiter omnes debent requiri: sed si discordent, vel negligant aut suspecti sint, episcopus se interponet, vel cogendo eos consentire, ac concordare: vel substituendo, vel pauperiori gratificando, c. nos quidē. c. tua nos, & c. Io. de testa. & in authē. de eccl. titulis, col. 9. & l. si quis ad declinandā. C. de episc. & cle. & vide quæ addo in quæstiōne sequenti. vers. quinto.

S V M M A R I V M

1. Executor adigere potest hæredem ad hæreditatis aditionem. In alteram partem, vide nu. 3.
2. Hæres cogi potest adire hæreditatem, à cōmissario agente nomine legata riorū fraudatorum.
4. Executor an & quando cogat hæredem aditā hæreditate, ad soluendum.
5. Testator an ita testamentum condere possit, vt in eo sibi locum leges non vendicent.
6. Commissario competit officium Iudicis, etiam si nudus sit minister.
7. Actio in factum, datur, vbi alia non competit.
8. Delegati ad vniuersitatem causarum officium, non expirat Iata sententia, & appellatione interposita: inspeciali delegato secus. Limit. nu. 9. 10. 11. 12.
13. Executor an agere possit contra hæredem, vt agat

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

- agat contra debitores, hæreditario nomine legatorum soluendorum.
14. Executor agere potest contra debitores hæreditarios, hærede id refugiente.
15. Executor an possit constituere procuratore disting. nu. 16.
17. Executor quas actiones intentabit: quando, quóve nomine. & nu. 19.
18. Executori quando detur conditio ex lege.
20. Pauperū nomine agēs, non cogitur satisdare.
21. Debitores executori soluentes, an liberentur.
22. Executor habens vtiles actiones, an præferatur hæredi vel legatario habenti, directas.
23. Executores tenentur eos defendere, quorum nomine agunt.
24. Executor an legatarios & hæredes in bonorum possessionem nittere debeat. Et quid de fiduci commissario vniuersali.
25. Hæres non debet capere de manu hæredis nisi fuerit institutus in re certa: quia tunc loco legatarij habetur.
26. Hæres an & quando teneatur de euictione.
27. Executor an vendere vel permutare rem poterit, non legatam, inuito hærede. disting. num. 28. & 29. 30.
31. Executorem non potest impedire hæres, quin impleat voluntatem defuncti.
32. Executores si quid vendiderint, permutarint ve, quæ & quod debeant interuenire. ibid. & nu. 33. 34. 35. & 36.
37. Executor si opposuit pactum in venditione rerum hæreditariarū, quod eniptor retrouendat pupillis, emptor non poterit postea reuendere in præiudicium pupillorum.

5. Consultis autem collegis, executor agere

F 3 debet



IOAN. IACOB. à CANIBVS

debet quod multipliciter debet intelligi.

Primò, quod aget cōtra hæredem, vt adeat.

Secundò, vt adita hæreditate ipse hæres soluat.

Tertiò, vt contra hæreditarios debitores hæres agat.

Quartò, vt nolente ipso hærede agere, ipso commissarius agat contra ipsos debitores.

Et quintò, vt procuratorem sui loco constituant.

Et sextò, quibus actionibus. De quibus per ordinem videndum est, Et primò quidem.

In prima quæstione videtur dicendum, quod executor cogere possit hæredem ad adeundam hæreditatem. ¶ Primò, quia non valent testamento disposita, velut tutela & executio, nisi hæritas sit adita: vt l. si nemo ff. de testa. tutela. Et eodem modo non valent disposita, si hæritas ab intestato non adeatur l. 2. ff. de fideicom. liber. l. fi. in princip. ff. de manu. testamenti. l. qui filio. §. 1. & ibi not. ff. de hæredi. instituendis. insti. de eo. cui libe. causa bona adi. §. 1. l. quod pure in fin. ff. quando di. leg. cedat. Item quia recusatio hæreditatis adeunda fieri

videtur

videtur in fraudem legatariorum: ut dicit
decret. Ioannem Frangepanem. de test. & ideo
sicut hæres cogitur ad instantiam fideicommis-
sarij: ut l. ille à quo §. tempestiuum l. nam
quod & l. non omnis. & l. cogi. §. generaliter.
& l. quia poterat. ff. ad Treb. c. Ray. extra de
testa. sic poterit + cogi à commissario agente 2
nomine legatariorum fraudatorum: ut lege
prima & 3. C. si quis omissa causa testamenti
& lege prima in principio & §. fin. & l.
licet .ff. eodem titul. & istam partem vi-
detur sequi Spe. in. §. nunc verò aliqua. ver.
quid si hæres scriptus, & hoc casu hæres scrip-
tus, qui repudiauit etiam beneficio legis vel re-
stitu. in integrum, poterit adire maximè rebus
in statu suo manentibus: vt. C. de iur. & fac.
ign. l. 2. & 3. C. de repu. hære. l. si. ff. de mino.
l. quod si minor. §. Scæuola. et ff. de his, quæ in
frau. cred. l. qui aut §. si seruū. & §. pen. & l.
ait §. si quidē eo. ti. secūdū unā op̄i. In + cōtrariū 3
uerò, quod cogi nō possit, facilit. l. nec cui C. de in-
ure deli. l. 3. §. inuitoff. de bō. pos. l. 1. §. deniq. ff.
de aq. plu. ar. l. fluminū. ff. de dā infe. C. de im-
pub. et alijs subst. l. 3. C. si quis omis. cau. test. l.

F 4 si quis

IOAN. IACOB. à CANIBVS

Si quis in princi. Sed prima op̄i. verior est. Nec
obstant. iura proximè dicta, quia verū est,
quod nō cogitur ab executore propter instantiā
sui, sed propter instantiam tertij. Tu verò me-
lius dic, quòd h̄eres rogatus restituere totam
h̄ereditatem, saltem in usus pios potest cogi.
sed rogatus restituere partem, non: ut insecun-
da opinio. sed legatarij vel executorij bene po-
terunt agere actione utili.

In secundaverò quæstione, plures etiam sunt
4 op̄i. † gl. enim in l. si quis in prin. ff. de leg. 2.
videtur tenere, quod non habet actionem: vt
l. Lucius. §. Menia duos filios . ff. ad Tre. & l.
filio. §. mater ff. de adi. leg. idem tenuit Gui. de
cu. in l. nulli C. de epis. & cle. & Io. An. in ad-
di. Spe. §. nunc aliqua. versi. notandum id est,
quia nemo potest agere ex testamento, nisi emi-
debetur: vt ff. de regu. iur. l. nemo alteno. sed
executori non debetur legatum: quia est nudus
minister, & non habet mandatum à legatorio,
cui debetur. Item, quia nullus agit, nisi qui ha-
bet adminiculum iuris, quales sunt tutores, cu-
ratores & executores ad pias causas: vt ff. de
reg.

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

neg. gest. l. qui aliena s. quanquam, ff. ad Tre. l.
Lucius. s. Meuia. sed talis executor non habet
iuris adminiculum, neq; à mandato testatoris,
qui nequid hoc facere, vt ff. de manu. testa. l.
testamen. tutela. ff. de iure dot. l. si ego. s. si res
et expressius. ff. de testamen. tutel. l. iure no-
stro ubi mater non potest esse tutrix, licet te-
stator hoc mandet. † Et ideo dicitur, quod ne- 5
mo potest facere quod ll. in suo testamento sibi
locum non vendicet. vt l. nemo potest ff. de leg.
z. et c. requisisti. s. secus autem de testa. Ad
contraria verò respondent, quod ibi non est
iuris adminiculum. sal. verò in d. c. nulli. tenet
contrarium: per illum tex. quia sicut lex dat
istam potestatem: ita debet posse testator per. s.
disponat. in auth. de nup. col. 4. Item secundo.
quia testator concedit etiam actionem ex testa.
vt l. 1. et 2. C. communia de lega. Nec obstat
l. iure nostro, quia loquitur in muliere, cui est
interdicta administratio propter sexus fragili-
tatem. Item, quia ibi posset graue damnum pu-
pillis euenire: quod nō esset in casu nostro. † Bal. 6
verò in d. l. nulli ex mente Dy. putat, quod cō-
missario, etiam si nudus minister sit, competat

F. s. officium

IOAN. IACOB. à CANIBVS

officium iudicis: per l. Quintus. ff. de adi. leg.
quod placuisse dicit Old. per l. si vero non re-
mu. S. fin. cum l sequen. ff. man. fam. l. quidam
test. S. si scriptus. ff. de lega. l. Non obstat. l. Lu-
cius. S. Mænia. quæ dicit non dari act. quia in-
celligitur de nativa: sed non prohibet officium
iudi. quod non procedit à radice oblig. sed ab
æquitate: ut l. qui per collusionem. ff. de act.
emp. In hac re dicendum videretur, quod si
verba dirigantur ad iudicem, quod detur offi-
cium iudicis: ut l. si soror. C. de colla. si ad par-
tem, oritur cōdict. ex l. ut l. l. ff. de condict. ex
lege & ita tenebat Azon. & Vbert. &
Specu. S. nunc aliqua. ver. illud etiam que-
ritur. & placet Paul. in legatis p̄ijs. & Ang.
in consil. 125. in princ. ultim. col. t. Aly,
quod competit actio in factū, quæ datur. ubi
alia non competit: ut l. quoties ff. de prescri.
verb. & l. sancimus. C. de sacro. san. eccl. sed
non placet: quia illa datur ex contractibus in-
nominatis: ut d. l. quere. Et quando alia non
competit, non nulli distinguunt. Aut est execu-
tor ad unā causam, vel rem: & non habet de
iure civili actionē. Aut est generalis: & ha-
bet act. sic & delegatus ad uniuersitatē call-

" sda

Jarū, in delegando maiore habet autoritatem
 quā delegatus ad unā causam tātum: vt l. à iu-
 dice C. de iudi. + Item quia officiū delegati ad 8
 vniuersitatē causarū, nō expirat lata sentētia,
 & appellatione interposita, imò durat: vt l.
 neq. C. de proc. sed in speciali delegato bene
 expirat: vt l. si actor. C. de appell. Ego in hac
 cōtrouersia non recederē à primā regula, quam
 tenet etiam Alex. de Imo. in cons. 170. in prin.
 2. partis per iura hic allegat. Fallit, + primò in 9
 legatario vel fideicō. ad pias causas l. nulli C. de
 epis. & cle. & ibi glos. l. si quis ad declinādam
 eo. tit. & decret. Io. Frangepa. & idem putat
 gl. in d. l. si quis Tit. in quolibet leg. pro anima,
 facit l. si quis sepulch. & funus. ff. de religio. + Fal 10
 lit 2. in causa alimētorum quæ est & quæ fauora-
 biliſ, sicut pia: vt l. alio. ff. de alim. & cib. leg.
 Fall. 3. ubi testator. + perciperet lucrū ex ex- 11
 pressa uolūt. testatoris puta quia ex 200. eroga-
 bat sola 100. vel ex tacita, puta quia falcidiā
 lucrabatur: quia tunc pōt agere, ut l. si leg. ff. de
 leg. 3. & ar. à contra sensu. l. si quis à pluribus.
 ff. de leg. 2. & placet Bart. in d. l. si quis Titio.
 & ratio secundum docto. est, quia tunc non
 est nudus minister, sed habetur loco legatarij,
 & sequi-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

¶ sequitur Sal. per. l. si seruus leg. s. cum quid
ff. de legatis i. & l. mulier. quæ ad hoc est no.
secundum Iac. de Arena. ff. de do. inter virum
12 & uxo. & idem, si esset cohæres, fallit quart
to, ubi testator expressisset, quod volebat ipsu
executorem mouere actiones: ut l. si à pluribus
ff. de leg. i. & l. si filij. s. Papi. ff. fa. ercisc. &
l. quidam. s. si scriptus. ff. de lega. i. & debet
testator dicere sub hac forma, secundum spe.
in d. s. nunc aliqua. vers. notandum, dans tri
buens dicto executori plenam atque omnimo
dam potestatem atque generale mandatum, cū
libera administratione exigendi, petendi, & re
cipiendi ab hæredibus infrascriptis: veletiam
à suis debitoribus: quibus voluerit sufficientem
& integrum pecuniam pro predictis omnibus
& singulis exequendis: & contra eos habeat
causam agendi, & ipsos cum effectu conueni
endi: & mandauit dictis hæredibus, quod dicta
pecuniam sine lite & molestia ipsi executori
dent, & tradant. Alioquin pœnæ nomine eos
damnauit in 10. ipsi executori recipienti legati
nomine applicandis. & predicta omnia execu
tioni mandari præcepit. Et idem putant Mo
derni

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

derni, si solum dixerit in test. quod suis execu-
dat potestatem agendi, petendi, & vendendi.
Canonistæ tamen putant quod de iure canonico
semper est. pium voluntatem testatoris imple-
ri, & ideo Inno, & Host. & in c. Ioannes, de
testa. putat, quod semper taliter agi poterit, quod
etiam Sali. videtur esse secutus.

In tertia quæstione, utrum executor ¹³
possit agere contra hæredem ut cogat eum
agere contra debitores hæreditarios, ut de
illis pecunijs exactis legata soluantur: quibus-
dam visum est, quod sic: quia nisi hæres hoc
faciat fore videtur in culpa vel dolo, pro qui-
bus iustificatione videtur posse in iudicio con-
ueniri: ut l. si legatarius, à quo. ff. de legatis
3. & l. si seruus leg. s. cum quid. ff. de leg. 1. &
l. si cui. ff. de liber. ope. Quod in. s. nunc. aliqua.
ver. sed an execut. vel legata. Spe. non videtur
habere plenum effectum per l. nam quod. s. non
omnis & l. cogi. ff. ad Treb. l. si seruus. s. qui
margaritam. ff. de leg. 1. Ratio est: quia qui te-
netur, quod habet actiones, si non vult agere,
cedendo liberatur, & ita hic hæres faciet: ut
institu. de lega. s. cum aut, & l. si sic legatu s.
1. ff. de

15 1. ff. de lega. i. + In quarta quæstione fit dubium,
 utrum hærede nolente agere contra debitores
 hæreditarios, executor cōtra ipsos agere, ac de-
 niq; possit ipsos exigere. Et Azo. Rof. Abb.
 Aug. Iulia. & Spec. in. §. hunc aliqua ver. illud
 etiam queritur, si nomine debitoris, tenent, quod
 sic: per l. nulli, sēpius alleg. & in auth. de eccl.
 tit. §. si quis aut. & quia in simili potest agere
 curator datus bonis: ut l. 2. 1. respon. ff. de cura.
 bo. dido, et l. 1. in prin. ff. de his, que in fra. credi.
 & in simili potest præpositus orphano. ut in
 auth. de eccl. ti. §. fi. et l. orphanotro. C. de epi. et
 cl. facit l. 4. ff. de fideius. et l. Caius ff. solu. matr.

15 Quinta quæstio + est, nunquid executor
 possit constituere procurat. Et multi putauere,
 quod non: maxime, antequam lis ab eo sit
 contestata quia citra contestationem hoc ne-
 queunt: ut l. neq; C. de procuratoribus sedib; i
 ad iudicia, no[n] autem ad negotia. Item quia eius
 electa videatur industria, no[n] debet per alium
 administrare. c. fi. de offi. deleg. & l. inter arti-
 fices. de solu. Sed dico, quod licet sit requisita
 industria ad eligendū, vel distribuendum, non
 tamen electa est ad agendum vel exigendum.

Item

Item tertio, quia causa, in qua est executor, non
videtur propria, ex quo commodum non est ha-
biturus. l. si quis ff. de leg. 2. & l. i. s. in propria
ff. quido appellatur, in iusto, nec debet posse procu-
constituere: ut l. i. ff. de proc. Et hanc op. tenu-
isse vius est Odof. Sed tamen posset dici pro-
pria respectu animæ p. q. officij: ut. s. si no. in
auth. de heredi. & fal. col. 1. Spe. tamē in. 9 nūc
aliqua. versi. sed nunquid ante litem B. al. in. l. si
quis ad declinandā. in fi. C. de epis. & cle. & l.
id, quod pauperibus, in. 6. q. quartæ partis. Sali.
& Pau. in. l. nulli. q. 8. tenuere contrarium. Nā
tā aut est executor non merus, sed habens emo- 16
lumentum & commodū pecuniariū. & potest
sicut quilibet aliis: ut. d. l. si quis ad declinan-
dam ad fi. & l. sed si unius. s. Iulia ff. de iniur.
Aut non habet commodum pecuniarium, &
poterit: sicut regulariter potest quilibet procu.
ad negotia: ut. l. si procu. s. 2 ff. manda. Secun-
dō, quia talis agit suo nomine, ut dicam in se-
quenti quest. merito poterit etiā procuratorem
constituere: ut. l. i. C. de aquir. pos. l. sed si unus.
s. pro cura. ff. de iniur. Et tertio, quia speci-
ale videtur favore p. e. cause, ut dispense-
tur

IOAN. IACOB. à CANIBVS
tur contra omnia iura contraria, & res pera-
gatur sine cunctatione: ut dictis iuribus quā-
quam paulo videatur rectius, quod executor
constitua. actorem: per d.l. neque. de procura.
Sexta quæstio est, quas actiones intentabit
27 & quando & quo nomine. † In qua q. glo. in l.
nulli, se breuiter expedivit, dicens competere
condi. ex l. nulli vel officium iudicis. sed ex me-
te canonistarum non curatur subtilitas actio-
nis: ut c. dilecti. de iudicijs. sed secundum Le-
gistas oportet late distinguere. Nam in casibus
in quibus executor potest agere ratione cōmo-
di proprij, vel expressa voluntate testatoris hoc
permittentis, tunc ipse habet tres actiones: ex
testamento actionem in rem, & actionem hy-
pothecariam. sicut habent ceteri legatarii ve-
l. 2. C. communia de lega. §. sed non usque.
insti. eo. tit. l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. 2.
& in Spe. de pet. & acti. §. sequitur. ver. il-
lud vero & in Spe. de testa.. §. 1. versi. & no.
18 quod, secundo † vero casu, quando executor nō
sensit commodum sed est nudus minister, tunc
datur condi. ex l. nulli, C. de epis. & cle. vel
officium iudicis: ex mente Dy. & Bal. ut su-
præ

prà dixi. Et istud videtur regulare, adita hæreditate, vel ex testa. aut ab intestato, t̄ qua 19 confirmantur ipsa legata: sicut suprà dixi. Secus autem, ubi legatum fideicommissarij non exigit additionem, pro validitate. ut not. in l. causa, quam C. de fideicom. Et not. in S. nunc aliqua. ver. sed pone, quòd ex eo testamento. Et in his casibus agunt executores proprio nomine, ex quo ratione officij proprium prætendunt interesse. ut tenet Bald. in l. id, quod pauperibus. C. de episc. Et cle. in s. q. secus autem, si agerent nomine ipsorum legatiorum vel hæredum: quia tunc in tentarent actiones utiles, quæ à pijs legatarijs & hæredibus directe cōpetebant: quasi à lege videantur sibi cessare, ut l. i. C. de act. Et obli. Et l. i. in fin. ff. de institoria. Et ista videtur placuisse Bart. in l. si quis Titio. ff. de lega. 2. Et Paul. ac Rapha. fa. d. l. nulli. quia dominus in euangelio Matthæi, dicit de pauperibus: quod illis t̄ fecistis, mihi 20 fecistis. nec exigitur satisfatio, cum agunt nomine pauperum, qui à lege videntur habere mandatum l. nec satisd. ff. rem. ra. habe. Ex quo sequuntur duo corollaria. t̄ Primum, quòd 21

G debitores

IOAN. IACOB. à CANIBVS

debitores soluentes talibus executoribus, con-
sequuntur plenam liberationem: quia licet
actiones directa via transeant in heredem:
vt in toto titu. C.de hære.actio. & C.ut actio-
nes & ab heredibus & contra hæred. & l.si
filius. ff. de pactis. ita, quod ipsis & non alijs.
debeat fieri solutio: vt c. causa testa. de iure-
jur. l. si alieni num. ff. de solu. tamen illa re-
gula locum non habet, quoties quis habet licen-
tiam exigendi quia tunc contingit liberatio: vt
l. si à pluribus. ff. de lega. 1. & l. liberto. §. lar-
gius. ff. de an. lega. facit. l. quoties. ff. de admi-
tit. & l. 1. §. item periculum. ff. de ven. in pos.
2.2 mit. Secundum + corrolarium, est, quod si
concurrat in agendo hæres vel legatarius ha-
bens directas: vt l. cum heredes. ff. de acqui-
ren. pos. & executor habens utiles: vt l. 4.
C.de noua. quod preferetur habens utiles: cum
ipse possit exactam pecuniam ab herede au-
ferre: vt dixi supra per l. si legatarius, à quo
1. respon. ff. de lega. 3. & l. si seruus §. qui mar-
garitam. ff. de lega. 1. & l. Imperator. in prin.
ff. de legat. secundò. Quod intelligo, nisi subej-
set ista causa non soluendi executori propter
inopiam

inopiam vel aliam suspicionem : quoniam aut non soluer, aut exiget cautionem : & ita not. Specu. §. nunc aliqua. ver. sed an debitor hæreditatis. & versi, quid si debitor. † Si exec- 23
cutores agentes pro legatarijs vel pro hæredibus ab ipsis debitoribus vel hæredibus fuerint reconuenti, tenebuntur ijdem executores eos, pro quibus agunt defendere : ut l. si quis ad declin. §. ubi. circa fin. C. de episcop. & cleric. & l. liberto ff. de annu. lega. & l. Firmio §. 1. ff. quando di. leg. cedat. sicut etiam tutor defendere tenetur pupillum suum, & actor vniuersitatem ut C. de admit.. tu- tor. l. tutores debita. & l. fin. §. omnem. & l. 2. 1. respon. ff. de curat. bonis dando.

Reliquum est, † vt executor ipsos le- 24
gatarios in bonorum possessionem inducat, si liquidum fuerit, quod erat ab hærede præstandum : vt in toto titul. C. vt in posse- sionem legatorum. & l. si legatorum. cum l. sequente. ff. eod. titul. Et eodem modo in-
ducet in possessionem hæredem, vt lega-
ta soluere possit. Parique modo inducit fi-
deicommissarium vniuersalem : vt §. nunc

G 2 aliqua

IOAN. IACOB. à CANIBVS

aliqua. versic. sed quid si reliquit omnia. &
25 versi. sed pone. † Sed Bald. in l. id, quod pa-
peribus. in q. 16. quartæ partis dicit hoc mini-
mè verum fore: quia hæres non debet capere
de manu executoris, nisi quando esset institutus
in re certa: quoniam tunc habetur loco lega-
tarij: ut l. quoties. C. de hæredi: instit. & l.
sed si in conditione. circa fin. ff. de hær. insti. Et
similiter in 17. q. quartæ partis, dicit quòd re-
stitutio vniuersalis similiter nō debet fieri per
executorem, sed per hæredem vniuersalem, &
ei cohæret. ut l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure
dotium. Non obstat, quod dixit Spec. quia illa
intelliguntur de resti. facti: non de restitu. in-
ris secundum Bald. Quinimò ipse dixit, quòd
executor tenebitur dare vel dari facere ipsi
legatario instrumēta, quæ ad rem legatam per-
tinere videbantur: argum. l. sicut C. de libe-
cav. & l. prædiorum secundum vnum intelle-
ctum. ff. ad leg. fal. & tenet Specu. in §. nunc
aliqua. versic. sed queritur, an hæres vel di-
25 stributor teneatur. † Non ob. l. instrum. C. de
fideicommiss. liber. ubi hæres tenet ipsa instru-
& dat execut. legatario: quia ibi erat legata
tantum

tantum pars minor prædiorum, & maior pars
remanebat penes hæredem. Nec obstat. l. Ti-
tius hæres. & l. credito. ff. de actio. emp. ubi
tenetur exhibere. & non dare: quia ibi hæres
tenetur de euictione: sed executor non tenetur
de euictione, meritò debet dare. facit in argu.
l. sedere. in fin. & l. seq. ff. fa. ercif. & l. si
tabulæ. ff. de fide instrum. Cauabit tamen exe-
cutor de euictione in bonis hæredum, ex quo
mandatum habet. Et ex pluribus rebus, quas
habent hæredes dare poterunt, quam volet:
ipsis tamen vocatis hæredibus: ut not. Barto.
in d. l. alio. † Si res, quæ in bonis testatoris vel 27
hæredis legata non fuerit, sed alia, vel pecunia,
videndum est, an executor illam vendere po-
terit: vel alias permutare? Videbatur plerisq;
quod non: ut l. alio. ff. de alimen. & ciba. le-
ga. Alijs verius videbatur forte contrarium:
quia orphanotrophus vendere ac alienare po-
test ut l. orphanotrophus. C. de epis. & cleri.
Item œconomus. 10. q. 2. hoc ius porrectum. C.
de prædijs minorum. l. ob es. facit in arg. l. sive
generali. ff. de iure iur. l. fin. C. de cura. furio. S.
fin. & S. sive authen. in authen. de eccl. titul.

G 3 col. 9.

IOAN. IACOB. à CANIBVS

col. 9. Item, quia similiter obseruatur in tutore
& curatore: ut ff. de cura. bon. dan. l. 1. &
fin. & l. prætor. §. his verbis. ff. de bonis a-
tho. iudi. pos. & l. si quis ad decli. C. de episc.

& cler. Ex dictis omnium talis est adhibenda
28 distinctio. + Aut est executor particularis ad
soluendum, vel exigeendum, vel diuidendum:
& certum est, quod talis non vendet, neq; alie-
nabit: nisi aliter sit sibi à testatore permisum:
ut d. l. alio. quoniam si est data sibi potestas
vel licentia vendendi, talis poterit, si expedie-
rit permutare pro re distribuendas: quoniam
licet ista verba, quando loquimur in iudice,
strictè intelligi debeant: ut l. pupillorum. §.
si prætor. ff. de rebus eorum. tamen in commis-
sario vel executore potest intelligi largè, ut
comprehendat permutationem dationem in-
solutum, & omnem alium contraictum & cau-
sam, per quam voluntas defuncti adimpletur:
ut l. sicut §. veditio. ff. quib. mod. pig. vel hy-
pothec. soluitur. & l. statuliberi à ceteris. §.
29 quintus Mutius. ff. de statulibe. + Si vero est
executor uniuersalis seu generalis (quod est
quando pauperes sunt instituti, vel nullus est
institutus)

institutus, sed solum executores sunt dati ad distribuendū: ut d. l. alio. cum glos. & l. deniq̄ s. interdum ff. de peculio legato. & per Innocen. in c. cum tibi de testa. & Rof. in libel. sub titul. de act. ex testa.) tunc isto casu videtur esse in arbitrio ipsius executoris dare ac soluere ipsis pauperibus rem quæ ipsius fuerat testatoris in eiusq̄ reperta hæreditate per l. cum pater. ff. deleg. 2. quoniam ipsa videtur succedere loco præcij, sed non potest eligere aliam rem non hæritariam: ut disputando tenuit Bar. in l. alio. ff. de ali. & ciba. lega. & Bal. in 10. & 11. q. quartæ partis suæ repe. in l. id, quod pauperibus. C. de episcop. & clericis.
† Item, in eius arbitrio erit vendere rem, quæ 30
reperta est in hæreditate testatoris & premium legatarijs erogare: quia testator qui dedit eum executorem, videtur omnia dedisse, sine quibus id officium nō posset impleri: ut l. ad rem mobilem. & l. ad legatum ff. de procur. l. 2. ff. de iurisd. om. iudi c. i. de offic. delega. Et tenet Spec. in §. nunc aliqua versi. sed an execu-
tor ultimæ voluntatis. & gloss. & Sali. in l. si quis ad declinandā. C. de epis. & cler. Et facta

G 4 ven-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

venditione ipse executor potest transferre do-
minium & possessionem in emptorem, etiam
in iusto hærede: per not. in l.2. C. quando decre-
31 to opus non est. & d. l. alio. + Ratio est: quia
hæres non potest facere, quin executor impleat
desiderium testatoris: argu. l. si eo. §. 1. ff. de
iure do. & l. cum pater. §. meritò. ff. de lega. 2.
Quanquam Bal. in 18. q. 4. part. in d. l. id quod
pauperibus. dicat, quod immo executor hoc face-
re non potest, nisi discedat hæres de possessione:
& alter ingrediatur: ut l. fistulas. §. fundum.
ff. de act. emp. argum. l. si quis prohibuerit. ff.
de publi. Debet ergo talis emptor agere coram
iudice, quod eius auctoritate mittatur in pos-
sessionem: ut l. qui vniuersas. §. item, cum præ-
tor. ff. de acqui. poss. Alioquin ipse commissa-
rius non poterit per executorem expelli: ut l.
non ex singulis. ff. de reg. iur. Sed prior opinio
videtur magis iuridica, per ea, quæ superius
sunt prædicta.

Venditio tamen facta pes dictos executores,
32 debet habere aliquas qualitates. + Prima, quod
ipse hæres debet esse prius requisitus, ut ven-
dat, quod si constitutus in mora nō fecerit, ha-
bebit

bebit locum potestas executoris.

Secundò requiritur, ut pecunias + redactas 33
 soluat: non autem conuertat in suos usus: ut
 d.l.alio. vel non vendat fraudulenter suis pro-
 pinquis. Si autē bona fide suis propinquis ven-
 deret, tolerari posset: ut tenet Bald. in repe.l.
 id, quod pauperibus. in 7.qō. 4.part. Et alle:
 not per se in authen. quibuscumq; modis. C.de
 sacr.san.eccl.

Tertiò requiritur, quod t ipse executor fa- 34
 ciat sibi exhiberi res hæreditarias, ut non te-
 mere procedat ad venditionem rei magnæ pro-
 parua summa: sed potius æqualem arbitrio
 boni viri: quoniam licentia vendendi sibi à
 iure tributa, in l. si quis ad declinandam. C. de
 epis. Et cle. non debet intelligi de potestate li-
 bera Et absoluta, quæ conceditur quibuslibet:
 vt l.fideicommiss.liber.ff. de fideicommiss. li-
 ber Et l.procure.cui libera.ff. de procur. Et l.i.
 ff. de testa. mili. sed debet intelligi de potes-
 tate limitata Et importante arbitrium boni
 viri: vt l.fideicommiss. quā nūquām ff. de le-
 ga. 3.l.i. C.de sacr.san.eccl,

+ Quartò requiritur, quod vendat præsen- 35

G s te pē-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

te pecunia. Ex quo sequitur, quod non potest habere fidem de pretio sicut nec fiscus vel eius procurator: ut l. si procu. cum ibi not. de iure fisci. & sicut executor sententiae: ut l. à dno Pio S. empto. ff. de re iu. nisi forte talis executor habeat mandatum cum libera ad vendendum: quia tunc posset, si ageret bona fide: ut l. qui Romæ S. Callimachus. ff. de verb. oblig. Et 36 similiter + non proficeret instrumentum confessionis de recepto, cum pecunia non est praesens nisi addatur in instrumento, quod re vera habuerunt & receperunt in presentia notarij & testium: quia per talem confessionem non impleretur causa satisfactionis legatorū: ut l. sed Iul. S. proinde. ff. ad Macedo. l. si ex cau. C. de non nu. pec. l. i. S. quid si litem. & S. quid si mutuam. C. si in frau. patro. Addit tamen sali. quod talis vendens non indiget decreto, etiam si haeres sit minor l. 3. C. quando decreto 37 opus non est. + Item adde, quod si executor in venditione opposuit pactum, quod emptor retrouendat pupillis, quod non poterit postea vendere in præiudicium pupillorum: ut tenet Alex. vol. 3. cons. 35.

S V M-

S V M M A R I V M.

1. Executor qualiter debeat distribuere, diuidere substantiam testatoris, ut eius voluntatem exequatur.
2. Executor an teneatur ipso iure debitum solvere disting.
3. Ad restitutionem quis tenetur de iure poli: licet securus de iure civili: & nume. 6. 15. 16.
4. Iuramentum & simplex loquela, Deo idem sunt.
5. Abbas an teneatur ad promissa monacho. Et quid de patre promittente filio.
7. Possidentis conditio, potior est in pari causa turpitudinis.
8. Restitutio fieri debet erranti in facto, de aequitate: de iure poli securus.
9. Soluere an teneatur in foro animæ quis, quod confessus est se recepisse falso, spe tamen futuræ numerationis ductus.
10. Praesumptio cedit veritati.
11. Condemnatus ex iniusta causa, iudicato parere non tenetur.
12. Praeceptor re alienæ, mala fide à principio, & ex postfacto, an teneatur ad restitutionem.
13. Filius fam. mutuo acceptū an teneatur reddere.
14. Ius fori, cedit legi conscientiæ.
15. Medici & aduocati quid ultra modum extorquentes ab ægro & clientulo, tenetur ad restitutionē. Idemq; iudicium de iudice & consultore.
18. Ludo parta, an sint restituenda.
19. Hypocritæ & numi teneanturne ad restitutio nem. Et cui.
20. Restitutio fieri debet eius, quod quis consecutus est propter iniquam constitutionem principis vel Imperatoris, nitentem contra ius naturale vel diuinum.
21. Inuetarium non conficiens, an teneatur ad restitu-

titu-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

stitutionem. Et quid de illo, qui recipit quid non conficiente.

22. Filius familiás prætermittēs inuentarij factio-
nem, an teneatur ad restitutionem.

23. Relictum minus legitima, an debeatur in fo-
ro poli: aut ciuiili.

24. Ius canonicum sive naturalem obligatio-
nem.

25. Executor in restitutione malè ablatorum,
qualiter se gerere debeat. & num. 32.

26. Executori quid agendum, perduto libro ra-
tionum defuncti, in restitutione malè ablatorū.

27. Regula quando, & infrā quod tempus sint
præstanta ab executore.

28. Dies apposita in principali dispositione, in est
conditioni.

29. Executori quando non currat tempus præ-
scriptum à testatore, causa suæ voluntatis im-
plendæ. & num. 31.

30. Executori ignorantis legata, non currit tempus.

33. Executor quando non teneatur sequi consi-
lium eius, quem testator mandarat consulendū.
& num. 34. & 35.

36. Executor in distributione bonorum testato-
ris quam debeat habere rationem & delectum.

37. Alimenta debentur etiam naturalibus de iure
canonico & ciuili.

I. Consentaneum modò est, ut ipse
commissarius seu executor distribuat, dini-
dat, dispergat, & exequatur ipsam ulti-
mam voluntatem. In quo potissimum est opus, ut
consideret voluntatem, ex qua sua potestas pen-
det, sicut arbitri author pendet ex compromis-
so: ar-

DE EXECVT VLTI. VOLVN. 49

so ar.l. non distinguemus. §. de offi. ff. de arbit.
Vbi quatuor præcipue sunt ponderanda.

Primum est, an debeatur: atq; quo iure.

Secundum est, quando.

Tertium, qualiter.

Quartum est, quibus.

In primò igitur punc̄to considerare debet,
vitrum debitum sit naturaliter & ciuiliter:
¶ an verò naturaliter tantum, vel ciuiliter tan- 2
tum, quoniam primò casu illud est omnino sol-
uendum: vt l.i. §. debitum ff. de constit. pecu.
Verbi causa, si testator fecit furtum, rapinam,
dolum, oppressionem, calumniam: vt 14. q. s.
c.fin. Nam istam restitutionem præcipit fieri
ius positum in legibus scriptum. Item ius natu-
rale, quod prohibet aliquem locupletari cum
aliena iactura: vt l.nam & hoc nutra. ff. de
condi. inde. & 1. distin. ius naturale. Et tertio,
ius diuinum vt in reg. peccatum. de regu. iur.
lib. 6. Si verò est debitum ciuiliter tantum, vel
naturaliter tantum, Bald. in l. id, quod paupe-
ribus. in 4. parte fecit aliquas quæstiones: sed
examinaui latius cum Canonistis in c. quia ple-
riq. de immu. eccl. vbi tango. 15. casus, in qui-
bus quis

IOAN. IACOB. à CANIBVS

bis quis de iure poli tenetur ad restitutionem;
licet videatur secus de iure ciuili.

3. † Primus est, quando dominus suo seruo
promisit: quia non tenetur de iure ciuili: vt l.
naturaliter. ff. de cōdīct. indeb. l. quod attinet.
ff. de reg. iu. l. interpositas C. de rrāsact. tamen
secus est de iure diuino: quo tenetur hæres il-
lud soluere: secundum Inno. in d. c. pleriq. &
ratio secundum Abbatē Siculum ibi est: quia
licet non adsistat ius ciuile illi obligationi:
tamen adsistet ius canonicum, quod fouet illud
promissum ex sufficienti causa: vt c. 1. & 2.
de pāctis. cūm Deus † non faciat differentiam
inter simplicem loqueland. & iuramentū. bene
facit ad hoc quod not. in c. 1. de pœnis. lib. 6. Et
idem quod dixi de promissione facta per domi-
num seruo, potest dici: secundum Abbatem
5 de promissione † facta per Abbatem mona-
cho alleg. l. non ideo de noua. Inno. in c. insinu-
ante qui cle. vel voun. & no. per Io. An. in c.
cum singula. de præben. li. 6. & in c. nō est ob-
ligatoriū. de reg. iur. eo. lib. Et idem ego puto de
promissione facta per patrē filio: vt not. in l.
frater à fratre ff. de cōdīct. indeb. et l. patris et
filij



DE EXECVT. VLT. VOLVN. 50
filij ff. de fur. & not. in l. lis nulla ff. de iudi. &
c. non est. de sponsa. & est bonus tex. cum gl.
2. q. 7. quæritur. & ibi vide.

† Secundus est, in quo debet hæres restituere in foro pœnitentiali quæsum per mathematicum vel meretricem, aut histriones ac similis: quia licet de stricto iure turpiter detur ac turpiter accipiatur: ut l. 3. s. sed quod meretrici ff. de condi. ob turpem causam. bene facit. c. 1. de vita & bone. cleri. lib. 6. & sic repeti non possit, cum in pari causa turpitudinis † sit potior conditio possidentis: ut d. l. ubi ff. 7. de condi. ob turpem cau. & regula: in pari. li. 6 tamen iure poli est utriq; pœnitentia iniungenda, & talis quæsus est restituendus pauperibus: argu. l. Lucius. in fin. ff. de iure fisci. per Cy. in l. cum testa. C. de condit. ob turpem cau. & per But. in d. c. quia pluriq; qui alleg. 14. quæstio s. c. non sane.

Tertius † casus est in legatario, cui solutum 8
est integrum legatum quod poterat diminui
per legem Falcidiam: quoniam licet stricto iure
naturalis obligatio impedit soluti repetitionem

IOAN. IACOB. à CANIBVS

titionem de stricto iure ciuili: ut tenet Bart.
¶ Iac. But. Et pleriq; secundū Ioan. de And.
in c. fin. de solut. tamen & quitas suadet, quod
erranti in facto restitutio fiat. l. error. C. ad le-
gem Falcid. Et hoc tenet Pet. Cyn. ¶ Bald. in
l. cum quis. C. de iur. ¶ fac. igno. ¶ Io. de Imo
in l. 1. §. ff. ad legem Falci. De quo maxime du-
bito: cum Inno. But. ¶ Pet. de Anch. putent
conscientiam in hoc puncto iuri conforman-
dam: quoniam ius scriptum consonat & quitat.

9 † Quartus casus est in eo, qui confessus fuit
recepisse pecuniam spe futurae numerationis,
¶ tacuit per biennium: quia licet propter pre-
sumptionem iuris teneatur soluere, nec posset
solutum repetere: ut l. in contractibus. C. de
non nume. pecu. ¶ instit. de lite. oblig. tamen
in foro conscientiae neq; debuit recipere, ¶ re-

10 ceptum cum peccato debet restituere: † quia
presumptio cedit veritati. 8. dist. c. veritate.
facit quod not. Ioan. And. in c. 2. de usuris. li. 6
¶ c. tua. ¶ c. is qui fidem. de sponsa. ¶ Ab-
bas sicut. in c. 1. eod. tit. de constit. ¶ c. sicut
tio. de fide instrum. ¶ tenet Pet. de Anch. in
c. fin. de solutio. ¶ illa obligatio post biennium
non ad-

non adstringit ecclesiam neq; clericos : vt te-
nuit Hostien. IoaN. And. in c. fin. de solu.

† Quintus casus est in eo , qui fuit condem- 11
natus per iniustum sententiam : quoniam illa
non inducit naturalem obligationem : vt l. Iu-
lianuS verū debitorem. ff. de condicō. indeb. sed
solum præsumptionem, quæ impedit repetitio-
nenS soluti ad conseruandum iuris rigorem : vt
l.i. C. de condicō. indeb. & ibi sicut creditor
confitens illam sententiam iniquam, non posset
agere : vt authen. sed iam necesse. C. de dona.
ante nupt. ita veritate manifesta , nec exiget,
nec retinebit quantum ad forum animæ 8. di-
stin.c. veritate.

† Sextus casus est in eo, qui præscripsit rem 12
alienam à principio mala fide, vel ex post fa-
cto : quia licet ad finiendas lites, & ne domi-
nia sint in suspeso , inducatur præscriptio : vt
l.i. ff. de vſuca. & l.i. C. de vſucap. transfor-
mada tamen æquitas & forus conscientiæ
suadent contrarium, quod restituatur : vt not.
IoaN. An. in regula : poffessor. lib. 6. & Abb.
ſicu.in c. vigilanti. de præscriptio. & iſta eſt
opi. theologorum. licet Pe. de Ancha. in c. quia

H pleriq;

IOAN. IACOB. à CANIBVS

pleriq. teneat, quod si est cœpta & perfecta
cum titulo & bona fide non debeat fieri resti-
tutio, nec iure ciuili, nec canonico: & alleg.
no. per Barto. in l. sequitur. s. si viam ff. de v.
sucap. & l. fin. ff. rem ratam haberi. & per
Canonistas in c. i. de concessione præbenda &
c. fin. de prescrip. Et eodem modo posset reti-
neri, quod est prescriptum: quando prescrip-
tio foueretur à iure canonico: secundum Bal.
in l. id, quod pauperibus. in quarta parte. C. de
episcopis & clericis.

13 † Septimus casus est in filijs familias qui-
bus mutuatur pecunia: quia licet sint de rigo-
re iuris tui exceptione Macedoniani, ut in to-
to titu. ff. & C. ad Macedonianum: tamen
si probetur mutuum & ob charitatem: quod
in dubio presumitur apud christianos, quod
14 fiat ob mortem & parentum: secundum Abb.
Siculum hic: & do. Anton. de But. hic: qui
dicit ius poli præualere: quia lex conscientie
maior est, quam ius fori.

15 † Octauus est, cum pacto nudo iure ciuili
vel sine causa promittitur. l. iuris gen. §. igi-
tur nuda. ff. de pact. & l. 2. §. circa. ff. de
doli.

doli except. de quibus in. c. 1. & 2. de
pactis.

† Nonus casus est, quando contractus fuit 16
celebratus cum minore, vel ecclesia, vel alio
maiore, cui potest subueniri ex clausula gene-
rali: vt l.1. in fine ff. quibus ex causis maiores.
vel quia aliquis fuit decepus in precio vltra di-
midiam iusti precij de iure ciuili: vt l.2. C. de
rescind. vendi. & c. dilecti. de emptione. &
venditione. vel etiam in minimo, si sciens de-
cepit imprudentem: quia licet iure fori posset
retinere: tamen secus est iure poli: vt 14.
quest. 4. quicunq;. & ita tenet Innocen. &
& Pet. de Anch. in d.c. quia pleriq;.

† Decimus casus est in medico vel aduo- 17
cato, qui ab existente in necessitate aliquid
vltra debitum extorserint: quia licet possint
petere & retinere quod iustum est: vt l.1.
C. de suffragio. & l. si medicus. ff. de varijs &
extraordinarijs cognitionibus. tamen quod
vltra mensuram receptum est debet resti-
tui. Et idem dicendum est & multò fortius
de iudice & consultore: vel alias haben-
te iurisdictio. vt c. non sane. in princ. 14.

H 2 quest.

IOAN. IACOB. à CANIBVS

quest. s. & 1. q. 8. sancimus. & C. quod metus
causa l. penul. & fin. Et eodem modo, si nego-
tiatio fuerit illicita: vt c. 1. & 2. de emptio-
ne & vendi. Et idem & multo fortius, si talis
cogi potest in foro contentioso: vt c. literas. de
restitutione spoliatorum. quia multo fortius
remordet conscientia.

18 † Undecimus casus est de eo, quod est ac-
quisitum in ludo: quia vincens tenetur illud
restituere: siue traxerit aliū, siue tractus fue-
rit propter mala, quæ sequuntur ex ludo: secū-
dum Hostien. Inn. & do. Ant. de But. in d. c.
quia pleriq. quod dicit ibi Petr. de Anch. pro-
cedere, præterquam in medico causa recreatio-
Nam prudenter administratori accedet, consultè cauebit, repertorium inuentariumq; conscribet, cum collegis conferet, debitores excitat, ac exiget: legatarios aliosue defendet, in possessionem inducet, bona vendet atq; distribuet: diligenterq; rationem de singulis reddet, de quibus quoniam abundè scriptum, vltra non prosequor.

Tertia pars principalis.

De sine ac exitu commissariorum,
& eius partitione.

S V M M A R I V M.

1. Executor testamentarius quod emolumentum ex officio consequatur, quæq; merces perfuncti muneris ei pendatur.
2. Minister nudus, quis dicendus.
3. Minister nudus nihil potest retinere pro se.
4. Executor an possit nudam facti executionem alij demandare.
5. Executor testamentarius causam agit sine sumptibus. & Quomodo id accipiatur. num. 6.
7. Executor testamentarius quos habeat iudices & nume. 8.
9. Executor testamentarius: quid sibi possit iure retinere.
10. Executori adserenti se quid impendisse in pias causas, creditur. limit. num. 11. 12.
13. Executor possit ne se excusare ab executione sibi delata. & quibus ex causis.
14. Executor, & tutor, æquiparantur.

15. Exe-

15. Executoris officium: quibus modis finiatur. & num. 17. & 27.
16. Executoris ad pias causas officium, non finitur morte.
18. Dies interpellat pro homine.
19. Constitutionis diu obseruata ignorātia, an admittatur.
20. Constitutionis ignorantia, quos non liget. & num. 23. 24.
21. Ciuius nouus an teneatur scire suæ ciuitatis constitutiones.
22. Commissarius ad eligendum, potest moram purgare.
25. Episcopus an succedat executori ad perficiendum opus ab eo cœptum.
26. Executoris officium: an finiatur sententia iudicis declaratoria. quod sicut priuatus.
28. Executor, qui cœpit exequi, an post acceptationem debeat aut possit remoueri.
29. Executor ob dolum remotus, qua nota: quoque damno adficiatur: & num. 30. 31. 32.
33. Executoribus quibus assimilantur & comparentur procuratores sancti Marci Venetiarum. An per rō sint legitimi. num. 34. distin. num. 35.

DE fine atq; de commissariorum exitu tractaturi, videamus de ipsorum beneficijs ac commodis: tanquam ipsa sit solutio bene p̄æclareq; gestorum. Deinde de ipsorum excusatione proxime de ipsorum remotione. Nouissimeq;, de aliis modis, quibus executio suapte natura finitur. Et an iniuitus remoueri possit.

K s Quæro

IOAN. IACOB. à CANIBVS

I Quæro tigitur primò, quod commodum,
vel beneficium executor, seu commissarius
habet: quidue illis à iure pro mercede soluat?
Et respondeo, quod plura.

† Primum, quod deficiēte seu abeunte legato-
rio seu fideicommissario, cui necesse habebat
ipse præstare, conditione veniente id eius lucro
cedit: secundum Pe.de Bellapertica. Nisi exe-
cutor nudus minister sit: ut. l. si quis Titio. ff.
de leg. 2 bene facit. l. pecunia. ff. de ali. Et cib.
lega Idemq; putauit Dy. si legatarius viuo
testatore decessit: vel si nullum heredem
reliquit.

2 † Nudus autem minister, is dicitur, in quem
non dispositiua, sed executiua verba conferun-
tur: Et quæ non iuris, sed meri facti sunt. Vel
cui ex voluntate defuncti, nec interius sursum
medij temporis, nec ullum beneficium est
applicandum: secundum Iac. de Are. ut. l. di-
uus. ff. si cui plusquam per. l. Falci. Et l. si mu-
lier. ff. de dona. inter vir. Et ux. Namq; † is
nudus nil potest pro se retinere. ut probat.
c. fi. s. 1. de test. li. 6. ubi dicit, quod debet ad-
implere voluntatem defuncti: quod quidem
verbum

verbum perfectionem significat : & idem
probat. c. tua. eo. tit. & l. Lucius. s. à te peto.
ff. de leg. 2.

† Secundum commodum, quod postquam 4
ipse commissarius personas elegit & depu-
tauit executionem meri & nudi facti, potest
alij committere: etiam si à testatore non re-
periretur esse concessum: ar. ca. is qui. de offi.
deleg. libr. 6. Et eodem modo, si erogatio fieri
deberet certa rei & certo loco: per illum tex.
alias debet ad implere per se: ut ca. tua. ibi;
per manus eorum & l. nulli. C. de episcop. &
cler. vel per alium, ibi, pro sua conscientia.
& ita tenent Arch. Ioan. And. & Dom. in
d. c. fi. 9. 1. lib. 6. & Ioan. An. in addi. Specu.
de instr. edi. 8. nunc vero aliqua. versi. hoc
dictum. & incipit: querit Nico. & Olden.
confi. 295.

† Tertium commodum est, quod causam agit 5
sine sumptibus: ut l. nulli. 2. ibi, sine ullo
dispendio iudiciorum. C. de episc. & cle.
& c. charitatem. 12. q. 2. ibi: nihil, de reb.
eccl. quasi perficiendi inventarij labore
tollatur. Quod est intelligendum, de iudicium
texpensis

IOAN. IACOB. à CANIBVS

6 † expensis : quoniam illi sunt diuites. c. cum ab omni. de vita & hon. cle. Secus si essent expensæ notariorum & aliorum officialium mercenariorum: quia illi non coguntur suam mercenariem donare: vt 23. q. 1. militare. in fi. & 3. q. 1. si quis episcopus . & 10. q. 2. precariae. nisi haberent salaryum de publico vt tenet spe . in. §. nunc aliqua. versi . & no. quod executor. Sumptus autem administrationis honesto modo facient de bonis hereditatis: vt l. sumptus. ff de pac. & C. mand. l. cum pro causa. & no. 10. An. & Domi. in c. fin. §. 1. de testa. lib. 6.

7 † Quartum commodum est , quod ipse commissarius seu executor habet plures iudices, coram quibus agere potest, & conueniri: scilicet episcopum loci, qui est eccle. titu. præses: qui est secularis in opinione sua : etiam si possessores sint laici: vt l. nulli. §. cum autem. C. de episc. & cle & in auth. de eccle. tit. §. si autem. & §. si quis edificationem. col. 9. & in authen. vt cum de app. cognosc. §. si vnum. col. 8. Quod etiam tenuit Ang. in consi. 138. & consi. 21. & Alex. 2. volu. consil. 170. in prin. alleg. gl. & doc. maxime Bald. & Ange. in l. hereditas. §. si defunctus.

defunctus. ff. de pet. hære. glo. & doc. in c. rela-
tū. el. i. iuncta suprascriptione de testa. Bart.
in l. solēt ff. de ali. & cib. leg. Ioan. An. & alios
in c. si hæredes. de testa. Archid. in c. Silvester
ii. q. i. & doc. in c. significantibus. de offi. de-
leg. Sed dubitari solet, quis sit ille index? &
concludi solet, quod potest intelligi de iudice lo- 8
ci, in quo defunctus est vel natus is, qui legatum
exequendum reliquit per iura præalleg. Quod si
in neutro reperiatur, poterit conueniri in loco
in quo contraxit vel quasi, adeundo hæredita-
tem, vel ubi executor acceptauit administra-
tionem: vt. l. hæres absens. s. fin. & l. seq. ff. de
iudi. & l. arg entarium. eo. tit. & in Spe. præ-
dicto. s. sed nostra. versi. hoc etiam. prope fi. &
versic. quid si episcopus.

† Quintum commodum est, quod executor re- 6
tinere sibi poterit illud, quod ipse impendit de
suo in erogatione ac expensis: vt. l. nulli. ver.
ita tamen. & ibi: ne humanitatis obtentu reli-
cta peccuniae erogetur. Hoc enim operatur in-
uentarium in hærede, quod eius actiones non
confunduntur: vt. l. fi. s. si præfatam. C. de iur.
delib. Et idem tenet Spe. in. s. nunc aliqua. ver.
fi. ubi

IOAN. IACOB. à CANIBVS

fi. ubi loquitur de executore legitimo, qui in locum testamentarij succedit: ar. l. si eum. s. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. Quin-
mo non solum deducere poterit, quod supere-
rogavit: verum etiam n, quod sibi debetur, vel
male ablatum est per rapinam aut usuram:
quia cui damus actionem, fortius debemus
dare exceptionem: vt. l. s. i. ff. de superficie-
bus. Secus, ubi non constaret: ubi concludit,
quod si esset dubium, quod non procederet,
quod supra dixi.

Et ideo cautela est, quod statuatur terminus
ad probandum talēm rem sibi sublatam, intra
quem si non probauerit, ablata restituat. arg.
l. si quis libertatem. s. fi. de petitio. hære.

10 + Sextum beneficium est, quod creditur ipsi
executori dicenti se legatum in piis causas ex-
pendisse: vt. C. de don. l. si quis pro redemptio-
ne ipsorum. & C. de epis. & cler. l. orphano-
trophos. & est gl in l. diuus. ff. si cui plus,
quam per. l. Fal. facit, quod no. in l. fi. s. in com-
putatione. C. de in. deli. Et eodem modo stabitur
eius dicto, si iuraverit bene dispensasse: vt no.
Io. An. Io. Fran. & Domi. in. c. fi. s. i. de testa.
lib. 6.

lib. 6. Et idem, si expensa est modica: vt. ff.
de pign. act. l. subtracto. ff. de ven, in pos. mit.
l. i. & ff. de excu, tut. non tantum in fi. secun-
dum Odof. & Spe in. §. nunc aliqua. ver. quid
si executor. & Petr. & Cyn. in l id quod pau-
peribus. in. 9. q. C. de episc. & cleri. Quod est
† verum, quando executor fuit bonu, legalisq; II
persona, ita quod præsumitur adhuc bonus
et. mandata. de præsump. 46. dist. sunt nonnul-
li. Secus, si fuit malus: vt in regula, semel ma-
lus. de reg. iur. lib. 6. & l. hoc accusare. §. o-
mnibus. ff. de accusa. Item † limitatur secundò, 12
quia non procedit in expensa magna: quia illa
est probanda per testes: vt in. §. economos in
authen. de sanctis. epis. & in præalleg. l. nulli
C. de episc. & cler. & tenet Io. An. & Dom.
in c. fi. §. i de testa. lib. 6.

Quæro secundò, utrum † executor, vel 13
commissarius possit se excusare & refutare
commissariam sibi delatam? & videbatur
dicendum, quod sic, quia sicut tutor, vel cura-
tor, potest excusare se propter numerum libe-
rorum, propter administrationem fisci, propter
absentiam futurā, propter potestatē publicam,
propter

IOAN. IACOB. à CANIBVS

propter litem futuram cum hæredibus, velle-
gatarijs: propter alias tutelas, curas. vel com-
missarijas onerosas, propter paupertatem, ac va-
litudinem aduersam, propter militiam, propter
imperitiam, propter inimicitiam, propter mi-
norem etatem, quæ sit intra. 25. an vel propter
maiores etatem an. 70. & propter doctrinam
ut habetur insli. de excu. tut. sicut ibi cōplex-
us sum tribus versibus quos hic non piguit in-
serere.

Excusant nati, fiscus, absensq; , po-
testas

Lis, & onus curæ, paupertas. ac vali-
litudo.

Miles, hebes, hostis, maiorq; , minor,
quoq; doctor.

14. †Et ratio est: quia tutor & executor equi-
parantur: ut sentit glo. in l. fi. alias, est. l. plura
ff. de tutel. & Bar. in. l. si in emptione. S. fi. ff.
de contrahen. emp. & Bal. in l. cum ipse. eo. ti.
ergo easdem habebit excusatione, & similes.
Tum etiam, quia videtur officium voluntari-
um: meritò nullus eum compellere poterit. In
contrariū verò videtur, quod imò ipse cogatur:
sicut

sicut quis cogitur subire publica munera. ut
l.s. §. i. & §. & què & l. muner. i. respon. & §.
qui ad nouam ff. de mune. & hon. De ista que-
stio. dixi. suprà in prima parte tractat. q. 4. &
ideo ibi scripta, hic pro repetitis habeantur.

Quæro tertio, quib. modis † executoris of- 15
ficium finiatur? & respondeo, quod multis
modis.

Primo, morte ipsius executoris: quia mors
omnia soluit: ut insti. pro socio. §. soluitur in
auth. de nup. §. deinceps. Et idem dico de sub-
executorie ab ipso executorie constitutio in casu,
quo potest: ut dixi supra. quia sicut morte tu-
toris finitur officium constituti ab eo: ut. l. si
per epistolam ff. de acqui. hære. ita etiam in isto
qui etiam exequitur: ut dixi suprà q. præce-
dente. Item, quia sicut mandatum prælati pro
sua ecclesia constituëtis finitur morte mādantis
re integra: ut cle. vlt. de procu. ita & fortius
mandatum executoris. Quod intelligo, non so-
lum de morte naturali, sed etiam de ciiali, que
contingit per deportationem vel seruitutem:
ut insti. qui. mod. tut. fini. §. i. & §. simili mo-
do cum gloss. sua.

L.

† Fallit

- 16 † Fallit in executori ad pias causas: quia in eo specialiter constitutū est, quod constitutus morte non finiatur etiā re integra: per tex. sing. in cle. exiit & eo casu de ver. sig. quam ad hoc ponderauit Bal. in authen. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. & not. Lud. Ro. cons. 119.
- 17 Secundò, finitur † officium executoris lapsi temporis, videlicet decursu anni statuti à legge, ad exequendum: ut l. nulli. C. de episc. & cleri. & in authen. de hæred. & falc. §. si quis verò non implens. cum §. seq. & in auth. hoc amplius C. de fideic. † & bene, quia dies interpellat pro homine: ut l. magna C. de contrahen, & commit. stip. Quoniam monitio legis, est fortior, quam hominis: per auth. licet. & in corpore unde sumitur. C. de epi. & cle. & tenet consi. 64 Et idem si aliud tēpus esset præfixum à testatore, vel à statuto ciuitatis: aut constitutione synodali: ut tenet Bar. clare in l. cum qui ad fin. ff. de leg. 2. & clarissim in consi. suo inci. Constitutione Camarin. episcopi, & sequutus est dom. Petr. de Anc. cōsi. suo incipiente, contra hæredes, & pro curia episcopali. & do. Ludo. de Ro. in cōsi. 228. inci. pro plena discussione.

Et rā-

Et ratio est, quia huiusmodi constitutiones synodales ex consuetudine cōmuni sunt vniuersales per totā Italiam, vnde ipsarū ignorantia, non est tolerabilis, nō excusabilis: ut est communis Theorica Bar. & doct. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide cath & l. interdū. s. licet ff. de publ. + Quinimò constitutionis diu seruatæ 19
 ac noroie, ignorātia est supina & crassa. c. i.
 de postu. præla. 16 di. quod dicitis l. regula & l.
 nec supina ff. de iu. & fac. igno. l si tutor. cum
 gloss. de peric. & commo. rei vendi. Quod li-
 mita plurib. modis. Primò, quod nō habeat + lo- 20
 cū in forense, quoniā cōstitutio nō ligat ignorā-
 tes extrā de cōfli. cognoscētes c. ut animarū. eo.
 tit. li. 6. l. fi. ff. de decre. ab ordi. fac. Quinimò,
 si constitutio, vel statutū vellet ligare ignoran-
 tē, nō posset: vt c. fi. de of. archipresb. & l. for-
 ma C. de offi. præse. præt. & ita tenet Lud. in
 d. cōfi. 228. Secūdò + limitatur, vt procedat in 21
 ciue nouello: quia licet antiqui habitatores ci-
 uitatum præsumantur & teneātur scire legem
 sua ciuitatis: vt in Spec. de cōfli. §. 1. l. 1. ver.
 quid si extraneus. & Bal. in. l. leges. la vlt. C.
 de ll. & repe. l. data opera. C. qui accu. nō pos.

L 2 tamen

IOAN. IACOB. à CANIBVS

tamen secus putat in nouello ciue: per tex. quem dicit singularem. in. l. qui cum uno. ver. vlt. ff. de re mili. & addit Ludo. in. d. consil. similem in. l. commeatus. eo. ti.

22 † Tertio limitatur, ut nō currat dictum tempus commissario ad eligendum: quia talis commissarius moram purgare potest: ut dicit Bart. in d. l. cùm quidā. & prefati cōsulentes.

Quarto limitatur per Lud. in. d. consi. quan-

23 do † probaretur quòd executor non possedisset bona, ut executor, sed alio respectu, & igno- rans de executione sibi commissa: quia licet præsumatur possidere nomine, quo est deputatus: ut no. gl. ord. in. l. quedam mulier. ff. de rei vend. & probatur in l. minus in fructus. C. de acqui. pos. tamen in contrarium probatio ad- mitti potest: & non ligabitur ignorans: ut l. generali. C. de tab. li. 10 & l. si ideo. & l. cum fratrem. C. de his qui. ut indig.

24 Quinto limitatur per Lud. in consi. 135. quòd non procedat dicta constitutio in legato facto ad construendum oratorium, vel capellam in domibus testatoris, quando regiosi sunt relicti executores, quia datur annus à monitione epi- scopi:

DE EXECVT VLT. VOLVN. 22

scopi facta ad inchoandum: ut c.3. de testam.
et inc. nulli C. de episc. et cler.

Ad t. complendum verò statuitur tempus 25
quinque annorum: ut est casus in authen. de
eccl. tit. colum. 9. §. si quis edificatione. postea
verò in perficiendo succeder episcopus: ut c.
tua nos c. Ioan. et c. si hæredes. de testam. et in
authen licet. C de episc. et cle. et tenet Spec.
in tit de instrum. edit. §. nunc aliqua ad fin. et
Fede. consil. 123. seu 124.

t Tertio finitur executoris officium sen- 26
tentia iudicis declaratoria, quod sit priuatus:
dummodo transferit in rem iudicatam cum
inter. de re iudi. l. præses. C. eod. tit. no. in l. 1. §.
item cum contrâ sacras. C. quæ sent. sine app.
recipiantur et l. 2. C. quando prouo. non est
necess.

Quarto, finitur t officium, operis comple- 27
mento: ita quod nil restat agendum: ut dici-
tur in l. cum Syllanianum. C. ad Syll. nam plus
attenditur finis, quam principium l. 1. §. hoc
interdictum. ff. de aqua quoti. et asti.

Quæro quartò, t utrum executor, vel 28
commissarius, qui cœpit exequi, post accepta-

L 3 tionem

IOAN. IACOB. à CANIBVS

tionem suam remoueri possit? Et breuiter sine
disputatione cōcludendum puto, quod sic: quia
cūm executor & quiparetur ipsi tutori, vt dixi
suprà in 2. sicut ipse tutor potest remoueri
tanquam suspectus: quia non ex fide gerit tu-
telam: vt l. 3. §. consequens ff. de execuc. tut.

sic & ipse commissarius, vel executor. Et ta-

lis remotus + ob dolum, erit notatus infamia, se-
cus si ob culpam, nisi reseruata sibi sit fama:
vt inst. de suspect. tut. §. suspectus, cum simi.
Et istud erit vnum de incommodis & damnis
ipsius executoris.

30 + Secundum incommodum est, quod ipse
perdit legatum, quod ei datur pro labore exe-
cutionis: quod cessat labore cessante: vt l. nec
adiecit.

31 Tertium est quod + tenebitur ad rationum
redditionem ff pro soc. vt dixi suprà in 2. par-
te. quest. 2.

32 Quartum + incommodum & detrimen-
tum est, quod ipse commissarius ad instar tu-
toris tenebitur de neglecto. vt C. si tutor. non
gesse.

Quarto vltimo, quibus executoribus, vel
com-

commissarijs + sancti Marci procuratores aſ- 33
 ſumilantur, utrum testamentarijs, an vero legitimis, ſeu datiuis? quæ quæſtio noua eſt, & per doctores præſcriptos non attentata, & ardua videtur exiſtere, quia plerunq; in testamentis ipsi pro executoribus deputantur, & ſic videntur eſſe testamentarij.

+ In contrarium vero appetat, quod ſint 34
 legitimi: quia ex ſenatus consultis & legibus
 Venetis furnitores ultimarum fūnt volun-
 tatum.

Inde vero, quod ſint datiuī, practica com-
 munis oſtendit: qua ex decreto ſuorum iudi-
 cum ſtatuntur alicuius ultimæ voluntatis
 executores ac commissarij: & conſequenter
 pupillorum gubernatores. Ego hac in re pro
 veritate habenda ſic diſtinguerem. + Quod ſi 35
 per ultimam voluntatem commissarij, vel
 executores relieti ſunt, quod testamentarij ap-
 pellentur: ſeruareq; debebunt omnia, quæ de
 testamentarijs executoribus ſuprā deſcripta
 ſunt. Si vero in ultima voluntate nominatè
 vocatiq; non ſunt, hi per leges patriæ vocati,
 ad perficiendum testatoris iudicium, legitimi

L 4 exē-

IOAN. IACOB. à CANIBVS

executores commissarij q̄ dicentur: omniaq̄ seruabunt, quæ sup. de legitimis executorib. expressa sunt. Sin autem peregrinis iudicibus Venetis, quibus hoc dandi potestas est, se sua sponte subiecerit, petierit q̄ antè dictos procuratores per ipsos iudices commissarios executoresue creari atq; decerni: crederem tunc illos datiuos posse censeri: ex quo testamentarij dici non possunt testamento, vel voluntate de ipsis nullam mentionem faciēte. Et etiam tunc nulla lege decernēte ipsos esse legitimos: quandoquidem lex Veneta de peregrinis non loquitur, nec debet intelligi, talesq; commissarij hoc casu seruabunt, quæ supra de datiuis executoribus expressa sunt: illis tamen casibus semper exceptis, in quibus per eorum leges & approbatas consuetudines specialiter prouisum est.

L A V S D E O.



TRA-

DE EXECVT VLTI. VOLVN. 22

TRACTATVS ET DO-
CTVS ET COMPENDIO-
sus de executoribus vltimorum
voluntatum.

A U T H O R E

JOANNE OL DENDORPIO
Iureconsulto clarissimo.

P R A E F A T I O .

Executorum usus in vltimis
voluntatibus hodie nusquam
non frequentissimus est :
olim haud dubie rarer sub
ea forma, qua nunc utimur. Inde vide-
mus factum, quod de tali executione
nullus extet titulus in Pandectis, aut
etiam in iure pontificio : sed apud iu-
riscosultos primum, deinde apud Ro-
manos pontifices uno aut altero loco
est facta mentio, quare posterioris se-
culi commentatores, occasionem na-
eti planè liberam, cœperunt varijs mo-

L 5 dis

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

dis de executoribus disputare, & (ut
solent) extra forum diuersa scribere.
Itaq; in hac collatione certa quædam,
& moribus nostris deseruientia iuris
vtriusq; præcepta, de hac frequentis-
sima functione scribam: sed meo mo-
re, simpliciter iuris & æquitatis ratio-
nem secutus, veritatem præferam om-
nibus commentatorum (non loquor
de grauissimis nostri seculi scriptori-
bus) ineptissimis opinionibus. Quis
leget hæc) Plato aliquis alter leget.
Nam ol m cum Antimachus clarissi-
mus poëta, scriptum quoddam suum
aduersus Criticorum errores, conuo-
catis auditoribus suis legeret, omnesq;
legentem eum, præter Platonem, reli-
quissent: legā (inquit) nihilominus.
Plato enim vñus mihi instar est omniū
Eadem ratione, quid ad me, quis legat,
modò scribā ego id, quod verum est,
quodq; incubit meæ professioni? Ma-
lo certè rectum vnius boni viri iudi-
cium, quam laudem mille aliorū, qui

neq;

neq; oculos habent videndi, neq; au-
res audiendi. Iudex erit quandoq; Chri-
stus ipse qui omnes nos ad iustissi-
mum sicut tribunal.

ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ ରାଜ୍ୟ

De varia executorum appellazione. Tit. I.

TAS. I.

S V M M A R I V M.

2. Exequi, verb. quām variē accipiatur.
 2. Executores vltimarum voluntatum, qui, & unde dicantur. Et cur decernantur.
 3. Executores vltimarum voluntatum, variē appellantur: cōdēm tamen recedunt.
 4. Executores vltimarū voluntatum, perperam dici testamentarios. & quid ita num. 5.

Exequi, alias † significat declarare, ex-
primere. Cicero Varroni: Occultoria
habeo, quæ vix verbis exequi possum. Alias
vñcisci: institut. de his, qui sunt sui vel alie.
iur. in fin. Quod si meæ constitutioni (inquit
Imperator) fraudem fecerit, sciat me admis-
sum seuerius executurum. Alias accipitur
agere iudicati formula in factum, vel officio
iudicis l. intra. & l. fina. ff. de re iudic.

Vnde

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

Vnde Zasius executionem rectè accipit, pro
actione iudicati, quam tertius possit impedire
pro suo interesse, idq; mirabile reputat. Alias
deniq; exequi, denotat perficere, ad finem per-
ducere. Hinc dicti sunt executores, publici iu-
dicum ministri, quorum officium est, vt man-
data & sententias ad effectum perducant l.
executorem C. de execut. rei iud. Vbi Acur-
sius tractat quasdam huius verbi significa-
tiones, admodum frigide. Eādem t ratione exe-
cutores vltimarum voluntatum dicuntur, quo-
niā iussa testatoris ad amissim exequuntur.
Quemadmodum enim magistratum non decet,
ac ne quidem posse constat, adire priuatim sub-
ditos, & curare, vt satisfiat suis decretis: ita
multò minus potest defunctus testator huc re-
dire, admonitus (quicquid phanatici som-
nient) vt conseruetur ac procedat voluntas
sua. Vterq; igitur sumopere indiget executori-
bus, quibus rem committat perficiendam bona
fide. Interim t executores vltimarum volun-
tatum sēpe appellantur fideicommissarij apud
Bartolum, treuuhender. Item, distributo-
res, dispensatores, apud Specu. Quæ omnia ten-
dunt

dunt eodem. Modò tamen memineris longam
esse differentiam inter fideicommittarios, de
quibus tractatur in tit. ff. & C. de fideicom.
ac illos, quorum munus nunc frequentatur in
nostra Germania.

Vsus autem introduxit, + vt compen - 4
dio quodam loquendi dicamus, istos execu-
tores ultimarum voluntatum, uno verbo te-
stamentarios. Quæ phrasis perperam recepta
est. Quamvis enim & leges 12. tabularum di-
cebantur Duodecim. vt quæ omnibus notissi-
mæ essent: Cicero de Orato lib. 11. Discebamus
enim (inquit) pueri duodecim, vt carmen ne-
cessarium, quas iam nemo discit, & in nouo
quoq; Christi testamento, duodecim dicuntur
apostoli, qui tot erant, longè tamen alia illius
appellationis est ratio. Testamentarij + autem 5
vox, quia ambigua est, cum adiuncto poni de-
bet, vt appareat, utrum substantiae intelligen-
da sit pro eo, qui falsa conficit testamenta: an
adiectione, pro persona vel re ad testamentum
pertinente, vt testamentarius scriba, testa-
mentaria tabellæ, testamentaria lex, hoc est
Cornelia, quæ punit testamentarium, sicut ele-

ganter

JOAN. OLDENDOR. TRACT.

ganter admonuit Dn. Spiegelius in suo Lexico,
authoritate Ciceronis offi. lib. 3. & l. diuus. s.
si quis duobus l. impuberem. s. si testamenta-
rius ff. ad l. Cornel. defal. adde l. 1. in princ.
ff. si quis aliq. testamen. prohibue.

De legitimis executoribus, &c.

58

S U M M A R Y M.

1. Executorum vltimarum voluntatum duo genera.
 2. Executores legiti & publici, recte nominantur.
 3. Voluntates vltimas conseruari, reipublicæ maxime interest.
 4. Voluntatis vltimæ ius liberum, & licitum, non arbitrarium executori.
 5. Episcopus non est immediatus executor in causis pījs, alijs hæredibus vel executoribus a testatore designatis. & super ea re elegans demonstratio-
num. 6.
 7. Episcopi officium, circa executionis testamenti munus & num. 8. & 9.
 10. Episcopus nō potest accedere ad executionem vltimarum voluntatum, donec unus testamen-
tariorum executor supereft.
 11. Insinuationis vlus, in executionibus vltimarum voluntatum.
 12. Voluntatum vltimarum privilegium & digni-
tastaria, vt cuiq; libera sit accusatio, si vident
quid agi præter testatoris decretum & mentem.

13. Vce

13. Voluntates vltimas conseruari, natura etiam monet.
 14. Executor s vltimarum voluntatum constituti à iudice ecclesiastico, vel adiuncti, præter testatoris ordinationem, quid qualiterue agere debeant.
 15. Mandatis iniustis non parendum.

DIstinguunt † doctores multas executo-
 rum species, subtiliter magis, quam
 cum vtilitate fori. Dicunt enim alios esse legi-
 timos, alios datiuos. Rursus constituunt diffe-
 rentiam inter datiuos & testamentarios, ri-
 xantes de nominibus, & negligentes rem
 ipsam.

Breuiter, summa executorum vltimæ volun-
 tatis, diuisio, in duo genera dederit. Quidam
 enim sunt legitimi, quidam vero testamenta-
 rij. Legitimi sunt, quibus à lege tribuitur po-
 testas vltimæ voluntatis defendendæ, quo mi-
 nus interuertatur, aut procrastinetur. Hos re-
 cte dixeris publicos conseruatores vltimarum
 voluntatum. Quales sunt omnes boni magi-
 stratus, præsertim in causis p̄ijs episcopi. Recete
 aut nuncupatur † legitimi executores & publi-
 ci: quia non hominis sed iuris imperio suscipiunt
 defen-

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

defensionem testamentariam: non priuatim, sed
publico iure in defec^{tum} aliorum. Porro, quic-
quid ex lege certam habet formam, dicitur le-
gitimum, ad instar tutelæ: instit. de legiti. agna-
tute. & de legi. patrono. tute. in prin. Multum
3 autem + interest Reipublicæ, adeoq; omnium
gentium, conseruari vltimas voluntates. Ideo
legislatores non fuerunt contenti admouisse
magistratus generaliter, ut omnibus hominum
erroribus corrigendis intenderent: sed & in
specie voluerunt illis necessitatem imponere,
ut vltimas voluntates honestas conseruent ac
defendant. Et profectò nihil magis hominibus
4 + debetur, quam vt supremæ voluntatis, post-
quam iam aliud velle non possunt, liber sit sly-
lus, & licitum, quod iterum non reddit, arbi-
trium: vt rescripsit Constantinus Imperator
ad populum in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. item
Justinianus Nouel. de Nupt. At q; hoc (inquit)
primum huic præfatum sit legi. Secundum ve-
rò illud, ut omnia, quæ ab hodierno die testator
disponat (sue vir existat, sue mulier) eam fir-
mitatem habeant. Sanciat enim quisq; in re-
bus suis, vt dignum est, & pro lege voluntas
eius

eius esto: quemadmodum nobis lex, etiam omnium vetustissima, & qua prima Romanis constituit rempublicam, nempe. 12. tabularum, vetere & patria lingua his pene vices verbis, inquit (uti legassis quisq; de re sua, ita ius esto) nemini facta potestare, ut in rebus alienis aliquid præter illius voluntatem disponat: neque si sacram impetrat formam, aut quicquam omnium. Audis hæc verba? Non deberet admitti Cæsaris rescriptū, velsi quid maius esse queat illius autoritate, ad immutandam voluntatem defuncti? Hinc sole clarus + appetit, 5 quod episcopus etiam in causis pijs, non est immediatus executor: cum alijs sunt heredes vel executores a testatore designati: sed defecatum duntaxat supplet in gratiam testatoris: videlicet, si aut non sunt scripti, per quos testator voluerit executionem fieri: aut fuerint negligentes, vel perfidi. Et medius fidius, qui aliter tractant istam publicam episcoporum potestatem, hi palpitando detrahunt eorum dignitati, & iuris canonici mentem calumniatur. Audi exemplum. Regula + iuris est: deputandos esse bonos viros, qui rerum publicarum ad-

M

ministra-

IOAN. O'LDENDOR. TRACT.

ministrationem, curā, defensionem suscipiant:
ut sunt magistratus. Idne bonū est & aequum?
Vtiq; admittes. Iam, si adferas tales admini-
stratores habere potestatem in res cuiuslibet
priuati ciuis, sicut ille sibi persuaderi passus est,
tantum licere, quantum liberet, nonne tum ex
magistratibus facies tyrannos, & perniciem
publicam? Quare Imperator Leo: Et si quidem
(inquit) testator significauerit, per quem de-
siderat redemptionem fieri captiuorum, is, qui
specialiter designatus est, legati vel fideicom-
missi habeat exigendi licentiam: & pro con-
scientia sua votum adimpleat testatoris. Ac-
cedit. l. nulli. C. de episc. & cle. Officium t. verò
episcopi est, monere, adhortari, urgere depu-
tatos executores, ut voluntatem testatoris ad-
impleant, aut legitime renuntient. Nouell. de
ecc. ti. S. si autem qui hoc facere.

8 His legibus subscribunt t. pontificij canones
c. tua nobis. de testamen. Cùm igitur (inquit
Gregorius) in omnibus pījs voluntatibus sit
per locorum episcopos prouidendum vt secun-
dum defuncti voluntatem vniuersa procedant
licet etiam à testatoribus id contingere inter-
dici)

dici) mandamus, quatenus executores testam
mentorum huiusmodi, ut bona ipsa fideliter &
plenarie in usus prædictos expendant, moniti
one præmissa, compellas. Quod conuenit pro
pe modum, cum. l. si pupillorum. s. si prætor. ff.
de reb. eor. qui sub tute. & in c. Ioan. d. tit. post
mandatum (inquit) suscepimus, per diœcesa
num cogi debet testatoris explere ultimam
voluntatem.

Nonne his verbis + aportè ostenditur: quo
modo exercendū sit officium episcopale, ad cō
seruandas ac defendendas ultimas voluntates:
An non satis probatum videbitur, ultimas re
statorum voluntates (nisi honestati repugnant)
ad unguem seruandas esse? c. cum Marthæ. s.
cæterum. de celebra. missa. &. 13. q. 2. c.ulti
ma voluntas.

Prædicta aut̄ adeò sunt vera, ut donec unus 10
supersit testamentarius executor, non possit
episcopus se intromittere. Quid igitur facien
dum? Bonifacius breuiter explicat in c. vlt. de
testa. li. 6. Sane (inquiens) pluribus à testatore
simpliciter executoribus deputatis, uno eorum
mortuo, vel in remotis agente, aut id exequi for
M 2 te nolen-

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

te nolente, ne voluntatem testatoris impedit, vel nimium differri contingat, poterit alius (nisi testator aliud expresserit) officium executionis iniunctæ, liberè adimplere. Cur hic non constituit Romanus Pontifex, alios esse substituendos, vel ad iungendos authoritate episcopis. Credidit certè iniustum esse, ut uillapotes ingerat sese testationibus ultimis, ubi est executor. Multò itaq; iniustius esset, si adiungerentur alij executores: cum testator scripsisset aliquos coniunctim, & diuisim. Videtur enim singulorum industriad elegisse, quoad unus viueret. l. actione. s. morte. ff. pro soci. l. mandatum. in fi. ff. mand. c. vlt. de offi. dele.

ii. Insinuatio quoq; non alio pertinet, quam ut quæ semel peruererunt ad notitiam publicam nō possint deinde ullo modo interuerti. l. repetita. C. de epi. & cle. & l. consulta. C. de testa. Quod ius sumptum est ex tit. ff. quemad testa. aperian. l. consulta C. de testa. Non possunt enim faciliter interuerti ea, quæ apud magistratum publicata sunt, & ab omnibus cognoscuntur.

12. Deniq; ut extrema tuendarum voluntatum præsidia

præsidia proponerentur, permissa est omnibus hominibus accusatio, si quid videant aduersus testamenti ordinationem, præsertim in p̄is causis. l. nulli. in fi. C. de epis. & cler. Et ne pium (ait) defunctorum propositum improba fraudatorum calliditate cœlaretur, quicquid pro huiusmodi causa à testatore relictum fuerit, vniuersi, qui id quocūq; modo cognouerint, vel in viri clarissimi rectoris prouinciae, vel in urbis episcopi notitiam deferendi, liberam habeant facultatem. Nec delatoris nomen suspicionemq; formident: cum fides atq; industria eorum, tam laude quam honestate non careat, ac pariter pietate: cum veritatem in publicas aures lucemq; deduxerint.

Sed ponamus t neminem vñquam tales leges 13
scripsisse, de conseruanda vitima voluntate:
certè natura & Deus insculpsit eas cordibus
hominum. Quare & Apostolus argumentatur
ab humano testamēto, quod ratū esse oportet:
ad testamēto Christi seruatoris nostri. Quæ igitur
maior possit esse crudelitas, quam extre-
mam voluntatem interuertere,

Sed t quid, si index ecclesiasticus constituat 14
executores

M 3

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

executores, vel adiungat alios, quam testator
ipse scripserit? Respondeo? Iustis maiorum pre-
ceptis reverenter obtemperandum est: sed talia
mandata, si decernerentur, essent ipso iure nul-
la: non, quasi liceat contemnere, verum ideo,
quoniam iure permittitur illis casibus no[n] obse-
qui. l. vlt. C. si cont. ius vel utilita. publi. De-
15 bant + tamen cause rationabiles allegari, ut sit
excusatus is, qui non paruit. c. si quando aliqua.
de rescrip. Quia patienter (inquit Alexander)
substinebimus, si non feceris, quod prava nobis
fuerit in sinuazione suggestum. c. ab excōicato.
eo. ti. tractatur satis grauiter autoritate cō-
ciliij in c. sacra approbante. c. venerabili de-
sentē. excōi. c. solet. c. venerabilibus. sed si ex
causa. eo. ti. lib. 6. In quibus locis probatur, ex-
cōmunicationem etiam dubiam multò magis,
si palam sit iniqua remittendam esse per supe-
riorem.

De testamentarijs executoribus,

Titulus. 3.

S V M M A R I V M.

Executores testamentarij, in dupli sunt diffe-
rentiae,

differentia.

2. Executores vniuersales qui & qualiter siant.
3. Executores particulares qui & cur constituantur.
4. Executores particulares quibus de causis, & modis scribantur a testatoribus.
5. Executores particulares, & generaliter dati, qui. & nro. 6.
7. Executores meri, qui.
8. Fideicommissarius, est particularis executor.

Testamentarij + executores sunt, quo, testatores ipsi deputarunt, ad exequendam voluntatis suae postremam ordinationem. Et hirsus duplices sunt differentiae: Quidam sunt vniuersales, alijs vero particulares: ut utar verbis vulgo notis.

Vniuersales + executores sunt, quando testator nullos scripsit heredes generaliter: vel aliquem locum pium: vel, si vniuersa bona sua iussit per tales testamentarios distribui pauperibus, non instituendo heredes. Quibus casibus singulari iure propter pietatem, valet testamentum. Et huiusmodi executores habent nomine heredis, & censentur omnibus modis heredes. l. id, quod pauperibus & l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cleri.

Particulares + vero executores sunt, qui si-

M 4 mul³

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

mul cum alijs hæredibus in testamento scri-
buntur. Frequenter enim fieri solet, ut testato-
res, institutis hæredibus, deputent nihilominus
aliquos ad executionem rerum suarum, quas in
varias causas relinquunt: forte dubitantes de
fide hæredis: ut in. l. alio hærede. ff. de alimen.
et ciba. lega. Alio hærede (ait labolenus)
instituto, ita scripsit: A te peto Cai Sei, quic-
quid ex hæreditate mea redegeris, illis meis
alumnis des, singulis denos aureos, eandemq;
summam penes te esse volo, cuius ex incremen-
to eos alere te volo: reliquum restitues Nume-
rio colliberto nostro. Respondi: Quamuis distra-
here Caius Seius, alio scripto hærede, non pos-
sit: tamen cum alumnis relictam pecuniam ut
seruet, ac restituat intra Falcidiā, recte peti-
turum: quando de superfluo probari non potest.

4 Aliquando etiam + necessitas exequendi le-
gati, pluribus hæredibus institutis, id potest ex-
igere: adeò, ut iudex quoq; det in eum casum
executorem: qui tamen hæredum nomine con-
stituitur. in. l. 3. ff. de alimen. vel ciba. lega. So-
lent indices. (inquit Vlpianus) ex causa
alimentorum libertos dividere, quoties plures
sunt

sunt hæredes, ne à singulis hæredibus minutatim alimenta petentes distingantur. Quam diuisionem perinde tueri oportet, atq; si pater familias ipse libertos diuisisset. Solet & vnum eligere, per quem alimenta præstentur, aut ex voluntate defuncti, aut ex arbitrio suo: ut rescripta subiecta ostendunt, Exemplum libelli dati mihi à libertis Fasalli, misi vobis, sciens ad exemplum istam rem pertinere: quia multi testamentis suis libertis præstare iubent necessaria: quæ, quia minimi æris sunt, ad nihilum perducuntur, cum plures hæredes cœperunt per successionem existere. Qua de causa puto vos recte facturos, si conuocatis Fasalli hæredibus, procuratoribus ve eorum, constitueritis, cui à cæteris dari debeat pecunia, ex cuius usuris alimenta præstentur. Debebit autem is, qui accipiet cauere eis, qui dabunt, se redditurum, ut quisque ex libertis decesserit aliove quomodo in ciuitate esse desierit, tantum ex sorte, quantum efficiet pro portione computatio. Diuus Pius Rubrio cuidam Telephoro rescripsit: Cōsules, vocatis his, à quibus vobis alimenta debet ex causa fideicommissi consenserit: vel

M s omnes

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

omnes ab uno, vel facta pro rata distributio-
ne, quid, & à quibus percipiatis, decernent.
Fiscus etiam, si eo nomine quid ab eo vobis de-
bebitur, id exemplum sequetur. Iam nunc sci-
atis, partes eorum, qui soluendo esse desierint,
non pertinere ad onus reliquorum hæredum.
Hæc ille.

Multus proinde ac varijs modis particulares
executores scribuntur à testatoribus.

5 Primo, solent hæredes + in certa bonorum par-
te sic institui, ne ullam prætereà habeant pote-
statem, utq; reliqua omnia distribuantur ab
executoribus. Et hi sunt executores particula-
res quidem, sed generaliter dati, ne in hoc fal-
laris. Longè enim distant ab executoribus uni-
uersalibus.

6 Secundo, scriptis hæredibus + in testamento,
nonnunquam deputantur etiam boni viri, ad
exequendum specialiter unum aut alterum
negotium.

7 Tertio, particulares + executores, alias consue-
uerunt designari à testatore ut nullum perci-
piant commodum rei, quam distribuere debent
nisi quod forte munusculū eis pro obsequio præ-
stando

*ständo relinquatur in testamento, ut tanto sint
diligentiores. Et hos vocant meros executores.*

Quartò, alias participantē de rebus ad execu- 8
tionem destinatis: veluti, si legentur alicui
quinque iugera, ut venditis duobus distribuatur
pauperibus pecunia. Et hi iuxta legatarij sunt.
atque executores: quamuis ad legatarios magis
accedant. Quam differentiā considerauit Mar-
cellus, in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. si quis (in-
quid) Titio decem legauerit & rogauerit, ut
ea restituat Mēvio. Meusque fuerit mortuus?
Titij commodo cedit, non hæredis: nisi si dum
taxat ut ministrum Titium elegit. Idem est,
& si ponas usum fructum legatum. Fideicom-
missarius ergo nihil est aliud, quam particula-
ris executor, si recte ad forum nostrum rem
expendas.

କୁଳାଲାନ୍ତରାଜୀବୀ କୁଳାଲାନ୍ତରାଜୀବୀ

Qui possint dari executores in testamento, Titu. 4.

SUMMARY.

1. Monachi arcentur à functione executionis,
nisi petita venia superioris.
 2. Furio si, pupilli, mente capti, & similes, arcen-

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

tur ab executione.

1. Minor. 25. annis, ineptus est ad executionem testamenti. Et quid ita ibid. & nu. 4.

I **Q**uemadmodum & alij ad alia munera non sunt idonei: ita nec ad ultimas voluntates passim omnes possunt designari executores;

Primo, monachi arcentur ab ista functione: nisi impetrata superioris licentia. c. si in prima testa. lib. 6. Quod si permissu tali suscep- runt prouinciam exequendi, tum scire debent, nullo se priuilegio eximi, quo minus de fraude & culpa, ad instar aliorum, conueniri possint. cle. 1. de testamen.

2 Secundo, pupillos, furiosos, mente captos, & similes non admitti, clarum est. l. sed & si in seruum. ff. de recep. arbi.

3 Tertio. quid de minore. 25. maiore tamen. 17 annis, admittitur ne ad executionem? Sunt qui hoc thema variò disputant. Mihi videtur, vix ullum tantæ futurum vesania, vt execu- tionem ultimæ voluntatis adolescenti comit- tat: cuius viam non magis intelligi Salomon-
4 dicit, quam auis volantis in aere. Si tamen sic eueniat, verior est sententia illorum, qui dicunt, eum non admitti. Quod & Spec. tandem ad- serit

serit. Indignum enim est, administratorem fieri alienæ rei, qui in suis eget alterius auxilio
g. item maior. insti. de excus. tut. c. indecorū. de-
cta. & quali. Præterea, executorem, ut satis
faciat officio sibi commisso, sape oportet ver-
sari in iudicio: si quid forte sit exigendū ab in-
uitis. Sed maior 25. annis, nō habet legitimam
personam stādi in iudicio. l. exirendi. C. de pro-
cu. argumento à speciali casu d. c. qui generali-
ter. eod. tit. li. 6. Ergo frustra. deputaretur
minor. 25. annis executor testamentarius.

An mulier possit esse executrix.

Titu.5.

S U M M A R I V M .

1. Mulier admittitur ad executionis functionem.
 2. Mulier executrix creata a marito, an finiatur executio ea conuolante ad secundas nuptias.
 3. Mulier suscepta executione, post annum luctus rapta ad secundas nuptias; confert administratiōnem episcopo, in his executionibus quę longius tempus, quam annum, exigunt.

Tamen si mulier tob fragilitatem sexus,
à multis muneribus arceatur, & in pro-
prijs

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

prijs rebus s&p& reuocet id quod egit. l. i. ff. ad
ad S. C. Macedon. ad executionem tamen te-
stamentariam admitti eam cōstat ex l. à filio.
in prin. ff. de alimē. &c ciba. leg. M&euio infan-
ti(inquit Sc&euola) alumno meo, quinqua-
ginta dari volo. Quæ(peto à te) suscipias seia:
& vsuras ei quincunes in annum vſq. vi-
simum atatis pr̄stes: eumq; suscipias & tue-
ris Item, institutio collegij committitur fœmi-
na hæredi. in. c. nos quidem. de testa.

2 Quo circa † Bar. in. l. alio hærede ff. de ali-
men. & ciba. lega. tractat hanc. quæstionem.
Esto, vxorem à marito suo designatam, esse ex-
ecutricem. Illa deinde secundas contrahit nup-
tias. Finitur ne tum executio? quemadmodum
de tutela dicimus: iuxta auth. matri & auie.
C. quand. muli. tute. offici. Respondet ipse: non
finiri executionem per secundas nuptias. Simi-
litudinis argumentum à tutela du<um refellit:
data dissimilitudine. Nam tutela finitur de-
portatione. l. si arrogati. in princi. ff. de lega. 2.
Vult igitur hoc efficere, quod executio diffici-
lius tollatur, quā tutela. Sed tū executio testa-
mentaria, propter negligentiam eorum quibus
est

est commissa, deuoluatur post annum ad episcopum l. nulli. auth. lice. C. de epi & cle. c. nos quidem. a testa. & honeste mulieres. quales solum ad executionem admittuntur, non soleant intra annum luctus nubere ob publicam honestatem, etiam si liceat pontificio iure. l. semper. ff. de ritu. nup. c. fi. de secun. nup. quorsum igitur pertinet ista investigatio? Respondeo. Potest pertinere ad eas executiones, quae vel annuae sunt, vel longius, quam anni tempus exigunt: ut si testator voluerit xenodochium edificari.

De potestate executorum, Tit. 6.

S U M M A R I V M.

1. Executorum potestas, Vnde pendeat.
 2. Exe^tutores possunt vendere, varie tamen.
 3. Executor, cui legatum, vel commissum quid est bona fide, in testamēto, potest agere aduersus hæredem: & iudicis officium impl. rare.
 4. Executores deputati ad distribuenda bona c^egentibus, possunt ex suo munere alicui egestate laboranti, partem erogare.
 5. Executor alter, potest ab altero exigere id, quod deber. Et quid de prētore, nu. 6.
 7. Executores honorarij.
 8. Tutores honorarij, etiam tenentur.

Quam

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

1. **Q**uam tem potestatē executores habeant, ex verbis testamenti colligendum est ante omnia. Nam eorum potestas, tota dependet ex concessione testatoris. Quod si ex verbis illius non satis id adpareat tunc ad iuris interpretationem, sicut in omni negotio, configiendum est.

2. Primo, ut scias, an tem possit vendere refert inter vniuersalem & particularem ultimae voluntatis executorem. Vniversalis, quia loco habredis est, quin possit, nemini est dubium. I. nulli. C. de epis. & cleri. Particularis verò non vendit quicquam hereditariorum bonorum, nisi testator in testamento cauerit. I. alio hereditem. ff. de alimā. & cib. lega. Secundo, executor,

3. tem cui legatum aliquid est, vel bona fide commis- sum in testamento, is potest agere aduersus heredē l. si quis Titio. ff. de leg. 2. & ibi Bar. Alioquin purus executor non habet ullam iure ci- uili vel canonico actionem. I. lucius. 5. Titia ex asse. ff. ad senatus. Trebellia. Verum tamen potest implorare officium iudicis, tam aduersus heredem, quam aduersus quolibet detentores bonorum defuncti, vt ea tardat ad executio- nem faciendam. Quare, si executor habeat id,

vnde

vnde possit implere voluntatem defuncti, vel
haeres offerat bona, quae ad hoc sufficient, opti-
mo iure potest designatus ad executionem com-
pelli. Si quis Titio. ff. de leg. 2. Idem est, si po-
nas usumfructum legatum. Hac ratione uti-
tur Panormitanus, ad conciliandum ius ciuile
& canonicum.

Tertio, executores & deputati ad distribuen- 4
da bona e gentibus, possunt ex suo munere alicui
egestate laboranti, parcem dare. Panormita-
nus in c. cum in iure peritus. de offi. deleg.

Quarto, potest alter & executorum ab alte- 5
ro exigere id quod debet: scilicet, cum nemo
est, qui persecutionem suscipiat l. si plures ff.
de administra. tut. Si parens (inquit Ulpia-
nus) vel pater, qui in potestate habet, desli-
nauit testamento, quis tutorum tutelam gerat,
illum debere gerere prætor putauit. Meritoq;
patris statur voluntati, qui utiq; filio recte
prospexit. Tatundem prætor & facit & de 6
hiis, quos parens destinauit testamento, aut con-
firmauit: ut si parens, quem velit tutelam ad-
ministrare, declarauit: ille solus administreret.
Ceteri igitur non administrabunt: sed erunt hi,

N quos

IOAN. OLDENDORF. TRACT.

quos tuulgo honorarios appellamus. Nec quis
7 quam puer ad hos periculum nullum redunda-
re. Constat enim hos quoque. excussis prius fa-
cilitatibus eius, & qui gessit, conueniri oport-
tere. Dati sunt enim quasi obseruatores actus
eius, & custodes: imputabiturque eis quandoque,
cur, si male cum conuersari videbant, suspe-
ctum non fecerint. Assidue igitur & ra-
8 tionem ab eo exigere eos oportet, & solicite
curare, qualiter conuersetur: & si pecunia
sit, que deponi possit, curare ut deponat ad
prediorum comparationem. Blandiuntur enim
sibi, qui putant honorarios tutores omnino non
teneri. Tenentur enim secundum ea, quae supra
ostendimus.

ରଖୁ ରଖୁ

Intra quod tempus oporteat
executionem fieri. Titul. 7.

S Y M M A R I V M.

1. Executio legatorum, quantum tempus habeat: & quando illud cedat.
 2. Legatorum piorum executioni sex menses dantur. limit. xiiii. 3.
 4. Hæres non debet procrastinare, re, cuius execu-
tio mandata est, existente in bonis testatoris.
s. Magi-

- 5. Magistratus, quomodo accipiatur in executione ultimarum voluntatum.
- 6. Tempus exequendi præscriptum, annale, vel semestre, an cedat executori impedito ex iusta causa.
- 7. Executor designatus à testatore, si nolit executionem suscipere, an cogi possit. limit. num. 8.
- 9. Tempus exequendi testatoris voluntatem, cedit à die sententiae & aditæ hæreditatis.

Illud tamen conuenit inter omnes, annum præscribi regulariter ad executionem legatorum: quod tempus cedit à die monitionis, quam vel magistratus ciuilis vel ecclesiasticus fecerit. Auten. Hoc amplius. C. de fidicommis.

Piorum tamen verò legatorum executioni sex menses dantur, numerandi ab insinuatione testamenti. Nouell. de ecclesiast. tit. 5. si legatum.

Vtrunque autem tamen accipiendum est. Primum, 3 ubi nullum tempus à testatore fuerit expressum. Nam illud omnino seruari oportet, ut supra probauimus. Deinde de his executionibus, que in faciendo consistunt, & rati tempore posse sunt expediri. Ceterum, si declarandi forte arbitrij ratio tractetur, puta, testator reliquit pauperibus, quos Sempronius esset electurus: tunc elapso anno episcopus non potest arbitra-

N 2 ri,

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

ri, teste Bartolo in l. cum quidam. ff. de leg. 2.
quem sequitur Panormitanus in c. nos quidem
de testa. Longa enim differentia est inter exe-
cutionem, & declarationem arbitrij: sicut &
inter iudicem pronuntiantem, & executorem
pronuntiati.

4 Secundum, si res, t cuius executioni mandata
est, extet in bonis testatoris, certe non debet ha-
res sine legitima causa differre ultimam vo-
luntatem. Nunquam enim indulgendum est
damnosis dilationibus l. cum res l. domus s. in
pecunia. ff. de lega. 1. l. si pecuniam. ff. de leg. 2.
Quid ergo fiet? Ex bono & aequo magistratus
negotium perpendet: utrum de tota heredita-
te executione, an de una aliqua vel altera re
tradenda tractetur, per pensis personarum &
bonorum circumstantijs.

5 Magistratum t autem intellige ciuilem, vel
ecclesiasticum. Nam Panormitanus recte no-
rat, mixti esse huinsmodi iurisdictione fori: ut
etiam iudex ciuilis ad executionem piarum
causarum possit impartiri officium suum in c.
si heredes. detesta. per s. si quis adificationem.
Nouell. de eccl. tit. Est ergo locus praeventioni.

Ter-

Tertium, quid autem, si legitima ex causa 6
 impediatur executor, cedetne tempus annale
 vel semestre? Breuiter. Minime cedit. Quia
 primum, quomodo curret tempus ad exequen-
 dum ei, qui non potest exequi? c. quia diuersi-
 tatem. De concessio. præben. c. imputari. de
 regu. iuris. lib. 6. Deinde, episcopi officium sup-
 plet negligētiam executoris. Sed impediti nul-
 la est negligentia. Ergo non potest se epi-
 scopus ingerere. Ita tandem concludit Panor-
 mitanus, in repetitione c. cum esses de testa-
 men.

Quartum: quid autem, si nolit designatus 7
 a testatore suscipere executionem? Respondeo:
 Potest compelli, etiam si testator id prohibuisset
 in ultima voluntate c. tua nobis. de testamen.
 Et quando quidem multi valde imprudenter
 hanc regulam adducunt in forum: Panormi-
 tanus rectissime dicit, Pontificem Romanum
 neq; in d. c. tua nobis. neq; alibi decernere,
 quod episcopus ingerat se officio exequendi
 contra metem testatoris. Itaq; si in ultima vo-
 luntate substitutus est aliis in defectu execu-
 toris, non succedit episcopus. Alioqui mune-

N 3 resus

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

re suo defendendæ ultimæ voluntatis fungi debet l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. Nouella. de ecclesia. ti. §. si quis autem pro redemptione.

8 Quintum, quod tamen dictum est de compellendo executori, sic intelligendum est: si expressè vel tacitè aliquid cœperit exequi, vel saltē ad tale munus suscipiendum consenserit. argu. l. uxori. §. i. ff. ad leg. fal. l. ex sententia. ff. de testa. tute. Ceterum inuitus, & re-integra, nemo potest compelli ad officiū quantum pium: ut colligit Panormitanus ex c. Ioannes, de testa.

9 Sextum, omne tempus tamen de exequendis testatorum voluntatibus, cedit è die scientiae, & aditæ hereditatis l. si statu liberi. §. si quis hæredi. ff. de statu. libe. l. fin. §. sin autem dubius. C. de iure delibe. Panormitanus in c. nos quidem. de testamen.

De ratione ab executoribus reddenda. Titu. 8.

S U M M A R I V M.

z. Administrator quiuis rei alienæ, tenetur rationem reddere, & num. 3. z. R. 2.

DE EXECVT. VLTI. VOLVN. 94

2. Rationum reddendarum editio, qualiter petatur.
4. Rationum reddendarum, iure & æquitate forma præscripta.
5. Rationes qualiter reddendæ.
6. Administrationis totius ratio semel reddenda est, non partis alicuius.
7. Executor rationem reddere debet omnium frumentorum perceptorum, & qui percipi ferè solent.
8. Ratio reddenda, etiam non administratorum.
9. Rationis reddendæ maxima pars est, instrumenta restitui, quæ ad res administratas pertinent.
10. Executor an admittatur ad iuramentum in litem.
11. Executor reddendo rationem, totum debitum præstare debet.
12. Paria facere: quomodo accipiatur.
13. Reliquator, quis, & vnde dicatur, & quid reliquari.
14. Executor probare debet in rationibus reddendis, debitores fuisse idoneos tempore contractus si nomina sint in ratione suspecta.
15. Rationes reddere iussus, an satisfaciat, si reliquum reddat, non editis rationibus.
16. Rationes reddere qui tenetur, potest impetrare à magistratu arbitrium, expensarum de acceptis & expensis.
17. Rationibus semel redditis, & approbatis, non potest denuò administrator ad eas edendas cogi.
18. Rationum reddendarum necessitas, an remitti possit inter viuos, vel ex ultima voluntate testatorem.
19. Rationis reddendæ liberatio concessa administratori à testatore in ultima voluntate, quomodo accipienda.

N 4 Qui-



IOAN. OLDENDOR. TRACT.

1 **Q**uilibet + administrator alienarum re-
rum naturali ac ciuiti ratione tenetur
rationem reddere; cuius proinde immunita-
tem nemo salua potest optare conscientia. Nam
si recte administraverit quis non libenter edat
probitatis sue argumentum? Sin male, cur
non multò magis urgendus fuerit, ut appareat
estimatio culpa, vel fraudis? Quod sane extra
controversiam est, & ne potest quidem impu-
gnari.

2 Sed qua actione petitur + rationis redden-
de editio? Bart. in l. 1. §. officio. ff. de tut. &
ratio. distrahen. distinguit. Aut enim cæptum
est de alia causa iudicii, puta, negotio quopiam
inuicem gesto, & inuocatur iudicis officium
mercenarium, hoc est, deseruiens institute
actioni. l. non solum. ff. de rei vendi. l. ædiles. §.
item sciendum. & l. quod si nolit. ff. de edil.
edi. Aut principaliter, nulla precedente al-
terius causæ controversia, petitur ratio admi-
nistrationis gestæ: tunc utendum est actioni-
bus. Si ex contractu, vel quasi ex contractu
processit administratio, contractus pariet
actionem l. quedam in prin. ff. de éden. Alio-
qui vel

qui vel officio iudicis nobili, vel actione in factum exigi possunt rationes cum eo, quod interest l. si quis ex §. ex hoc edicto. ff. de eden. Et hos t locos ut scias recte huc adduci, me minisse oportet, unam esse omnium administratorum honestatis regulam, que vult, ut de alienis rebus rationes conscribant, exhibituri quoties opus est. Ergo à simili ad omnes referendum est, quicquid de uno (quatenus huc pertinet) sancitum legimus.

Forma autem rationis reddenda t talis 4 prescribitur iure & aequitate. Prima, Omnis ratio est reddenda boni viri arbitrio l. Thais ancilla. ff. de fideicom. liber. Sorore sua (inquit Scuola) hærede instituta, de seruis ita cavit.

Βόλομαι καὶ παρακαλῶ γλυκύτατὴν ὡς ἀδελφὴν, ἐμ παρακαλέσθην ἔχειν στίχον καὶ δάκμαν τὸς πραγμάτευτάς με, οὐς εὔω δὲ ἀλεθίω?α, ἀχρις ἀμ τὸς φύφος ἀποκατε σίσωσιμ. ἐαῦ δὲ καὶ σοι ἀρέσωσιμ, ἐμηννυσάσσοι τὴν γνώμην, με.

Hoc est: Volo atq; obsecro dulcissima mea soror, ut stichum. & Damam actores meos tibi commendatos habeas quos ego tantisper

N 5 manus.

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

manumissos esse nolo, donec rationes reddiderint. Sanè si tibi quoq; placuerint: significavi tibi mentem meam. Quero, si paratis auctoribus hæredes libertatem non præstent, dicendo, eos non placere sibi: an audiendi sint? Respondit. Non spectandum, quid hæredibus displiceat: sed id, quod viro bono possit placere, ut libertatem consequantur.

5 Secunda. Rationes † sic reddendæ sunt, ne vel administrator. vel is, ad quem administrare res pertinent, sit nimium delicatus. Nam sicut in rationibus ad commodum rei gesta nihil præteriri debet, ita ex diuerso sumptus bona fide factos nō oportet repudiare, ut indemnitatem consequatur administrator l. 1. ff. de tutel. & ratio. distrahen. Si pupillus (inquit Vlpianus) tutores pater dederit, interq; eos & libertum suum, per quem voluerit tutelam administrari: & tutores certam summam ei statuerint: quia aliter se exhibere non potuerat: habendam eius rationem, quod statutum est, Mela existimat. Ergo & si ex inquisitione, propter rei notitiam fuerit datus tutor, eiq; alimenta statuerint contutores, debebit eorum ratio-

ratio haberi: quia iusta causa est præstandi.
Sed & si seruis cibaria præstiterit, vel liber-
tis, scilicet rei pupilli necessarijs, dicendum est
reputaturum. Idem & est, & si liberis homini-
bus: si tamen ratio præstandi iusta intercedat.
Item, sumptus litis tutor reputabit, & viatica:
si ex officio necesse habuit aliquo excurrere
vel proficisci. Haec ille.

Tertia. Totius & semel administrationis redi-
denda est ratio, non partis alicuius, ut recte
dicit Bald. in l. Si plures. C. de conditio. insert.
Iabolenus. ff. de conditio. & demon. Cui fun-
dus (inquit) legatus est, si decem dederit:
partem fundi consequi non potest, nisi totam
pecuniam numerarit.

Quarta. + Omnia fructuum, qui percepti
sunt, & qui consuetudine communi ex re ad-
ministrata percipi potuerunt, ratio est eden-
da. Modestinus in l. Sinc hærede. §. 1. de admi-
nistra. tut. Damnum (ait) si quod accidit co-
quia cautiones soluti vectigalis inuentæ non
sunt ad tutorem, cuius culpa admissa propomi-
tur minimè pertinere. Modestinus respondit:
Tutorem eorum redditum nomine rationem
pupillo

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

pupillo reddere debere, qui ex fundo bona fide
percipi potuerunt.

8 Quinta: *Eorum etiam, quæ non sunt ad-
ministrata, reddenda est ratio l.2. & 3. C. de
hæredib. tuto. Nam cessationis (inquit
Antoninus) ratio reddenda est. Porrò, si le-
gitima adferatur causa, quare non potuerit,
aut non debuerit res geri, bene est. Sin minus,
Alexander Imperator latam culpam censet.
omittere in alienis, quæ administrare oportuit
l.2. C. Si tut. vel curat. non gesse.*

9 Sexta. Instrumenta + restitui, quæ ad res
administratas pertinent, maxima pars est ra-
tionis reddenda. Quare si dolo id, aut culpa non
fiat, iuratur in litem. Vlpianus in l. Si cui li-
bertas. ff. de condi. & demonst. refert rescri-
ptum hoc Pij Imperatoris: Aditi à vobis am-
plissimi consules, arbitrum dabunt: qui excus-
sis rationibus, non tantum, quæ reliqua sunt
Epaphroditii, constituent: verūm etiam quæ
rationes, quæq; instrumenta tradere, aut exhi-
bere dominis suis debeat.

10 De iuramento + autem in lité probatur in
l.1.2. & l. Alio iure C. de in lit. iii. Vbi distin-
guitur

guitur inter administratorem, qui de dolo & omni culpa tenetur: & hæredem eius, aduersus quem non nisi ex dolo & latiore culpa inratur.

Septima. † Non solum rationem reddere: 12
verum etiam paria facere, hoc est, totum debitum prestare debet. Id alias reliquum solvere dicitur, quasi nihil apud se retinere, quod ex calculo deberi compertum fuerit l. Lucius Titius, ff. de manumis. testamen. Vlpia. in l. si quis ita. s. si duo. ff. de statu liber. Nec videbitur, inquit, conditio in persona alterius impleta, nisi id, quod computatione rationum habita reliquum fuerit: aut uterque ut alter totum soluerit. Africanus. ff. de conditio. & demonst. Quamuis, inquit, rationes reddere, nihil aliud sit, quam reliqua soluere. Pulchra disputatio forensis est apud Callistratum in l. si seruus ita liber. ff. de condi. & demonst.

Verba igitur † hæc. Facere paria, pertinent 12
ad totum debitum, schlechte rechenschaft machen und bezahlen. lege Sticho libertas. S. fin. ff. de statu. lib. Et l. semper in cimitate. g. Conductores. in fin. ff. de iure immuni. Ex diuerso,
ad

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

ad partem debiti restantem pertinent, Reliqua
trahere: Reliquari, Reliquatores: qui ex par-
te se à creditore exemerunt, & ex parte debi-
tores manent, authore Scauola in l. creditor
ff. de solu. Vbi Accursius comminiscitur.

13 † Reliquatorem dici ex mala administra-
tione. Reliquari enim vulgo dicimus: Ein rest
schuldig bleiben. lege. Lucius Titius. & l.
debitum. ff. de administ. tut. Vlpian. in l. Re-
scripto. ff. de mune. & honori. Eos demum, in-
quit, creditores accipere debemus: qui ex ad-
ministratione Rei publicæ reliquatur.

14 Octaua, Si nomina † sint in ratione suspe-
cta, tunc ab eo qui rationem reddit, exigitur
probatio, debitores fuisse tempore contractus
idoneos l. qui sub conditione. ff. de condi. &
demon.

15 Nona. Is † qui reddere rationes iussus est,
non videtur satisfacere, si reliquum reddat,
non editis rationibus, ait Pomponius in l. non
solum. s. is, qui ff. de liberatio. lega. Scauola. in
l. fin. ibidem, inter cetera (inquit) liberto
ita legavit: Et si quid me viuo gescit, rationes
ab eo exigi veto. Quæritur an charitas: in
quibus

quibus rationes conscript& sunt, item reliqua secundum accepta & expensa hæredibus reddere debeat? Respondit: ea de quibus quæritur, posse hæredem vindicare l. Si ita fuerit seruus. s. quæstio hæc. ff. de manumis. testa. In reliquis (inquit Vlpianus) accipere debemus, ut quod ipsa rationum volumina redantur.

Decima. Qui rationes reddere debet: is 16 potest impetrare à magistratu arbitrè (vulgò calculatorem vocant) qui de acceptis & expensis duntaxat cognoscat. l. si cui libertas. ff. de condi. & demon. Et ibi Bartolus.

Vndecima: Redita + semel ratione approbata, non potest administrator denuo vrgeri ad iterandam calculandi molestiam l. semel C. de epoch. Est autem ἀποχὴ græcē, receptio, Latina, puta chirographum & confessio creditoris, numeratam sibi esse pecuniam à debitore totam vel partem ἀποχῆς, autem quam debitor creditori facit, ex scripto, præsertim de anno debito l. si accepto latū. ff. de acceptila l. si plures epochis. C. de fide instrum. l. fi. s. Titius. ff. de condi, indeb, l. qui tabulas. s. apacha. ff. de fur. Sed

18 Sed potest tamen ne reddenda rationis necessitas remitti inter viuos, vel ex ultima voluntate per testatorem? Potest quidem. Verum talis remissio non liberat a reliquis omnino soluendis: si quae apud administratorem fuerint: multo minus a dolo malo. Martianus. ff. de lega 1. Si seruus (inquit) vetitus est a testatore rationes reddere, non hoc consequitur, ut nec quod apud eum sit, reddat et lucrificiat: sed ne scrupulosa inquisitio fiat, hoc est, ut negligientiae ratio non habeatur, sed tantum fraudum. Idem probat Papinianus in l. cum tale legatum. §. quid ergo. ff. de condi. et de monst. De plano itaq; calculatio acceptorum et perceptorum expendetur: ut si quid apud se habeat reliquum, id praestet l. nec quicquam. §. de plano ff. de offic. Proconsul.

19 Eodem modo tamen accipienda est liberatio aliqui administratori a testatore in ultima voluntate relictâ, quae lucrum rei alienae contra ius naturae non praestat l. Aurelius Symphorus §. filias haeredes. ff. de libera. lega. Filias (inquit Scuola) haeredes scripserat: quarum fidei commisit in haec verba: Ne a Caio
Scio

Seio rationem actus rei meæ , quæ per mensam
sive extra,in diem mortis meæ gesta est, exigatis,
eo q̄ nomine eum liberetis. Quæsitum est:
cūm vniuersas rationes in diem mortis iste ad-
ministraverit, & per mensam suam. & extra
mensam: an ad rationes reddendas hæredibus
teneatur . Respondit : Liberationem quidem
secundum ea, quæ proponerentur, legatam esse:
sed quatenus præstanda sit: ex qualitate dis-
ceptionationis iudicem & stimaturū. (Vlpianus
ibidem.) Si quis rationes (inquit) exigere
vetetur (ut est s̄apissime rescriptum) non im-
peditur reliqua exigere: quæ quis ipse reliqua-
uit, & si quid dolo fecit, qui rationes gessit.
Quòd si quis & hæc velit remittere, ita debet
legare: Damnas esto hæres meus, quicquid ab
eo exegerit illa vel illa ratione, id ei resti-
tuere: vel actionem ei remit-
tere.



O Tabu-

Tabula sive dispositio analyseos.

- In executoribus ultimarum voluntatum consideratur.
- | | | | |
|--|---------------------------------------|------------------------------------|---|
| 1. Appellatio, quam varijs scil. nominibus appellantur executores. | 2. Definitio, quid sit executor. | 3. Ratio & usus executorum. | 4. Differentia executorum, negotiorum gestorū, legatariorum siue fideicommissariorum. |
| 5. Species Testamentarij sunt e-
nim aut Legitimi. | 1. Cautionem præstent | 2. Inventariū confiant | 3. Collegas cōuocent &
eorū vtantur cōsilio. |
| 6. Persona quæ executio-
nis numeri fungi potest. | 4. Hæredes compellant
ad adeundum. | 5. Procuratores cōstituat | 6. Actiones instituant. |
| 7. Tempus intra quod ex-
quendum. | 7. Vendant | 8. In possessionēmittant | 9. Distribuant |
| 8. Officium executorum,
ipsis enim incumbit ut | 10. Rationem reddant | | |
| 9. Salarium siue cōmodum
executorum. | 11. Remotio. | 12. Modus quibus executio finitur. | |

*ANALYSIS TRACTATVM
de executoribus vltimarum voluntatum.*

*Executores quibus nominibus
appellantur.*

Executores vltimarum voluntatum dicuntur.

I. *Executores testamentarij* Io. Iac. à Canib. part. I. num. 6. *Hanc tamen phrasin loquendi perperam receptam esse dicit. Oldend. tit. 1 num. 4. fol. 81.* 2. *Duisores d. part. I. num. 7.* 3. *Distributores d. part. I. num. 8.* 4. *Dispensatores. num. 10.* 5. *Ministri. nu. II.* 6. *Gardiatores. num. II.* 7. *Commissarij. num. 21.* 8. *Publici conseruatores vltimarum voluntatum. Oldend. num. I. fol. 82.* 9. *Fideicommissarij.* Et quamvis Iac. à Canib. d. part. I. num. 18. & 20 executorem hoc nomine non recte appellari existimet, dicit tamen Old. tit. 3. nu. 8. *fideicommissarium hodie esse executorem particularem.*

II. *Executor est, cuius ope ac cōsilio vltima voluntas ad effectum perducitur. Iac. à Canib. part. I. nu. 5.*

III. *RATIO & vsus executorum est, ut ultimas voluntates vt iussa testatoris ad amissim exequatur. nu. 2. fol. 80.*

Reipublicæ omnium gentium interest, quinimò natura cordibus hominum insculpsit ultimas voluntates conseruari. Iac. à Canib. part. I. nu. 4. & nu. 3. fol. 82. nu. 13. fol. 85.

IV. DIFFERENTIA. *Executores differunt. I. Ane-*

I.
Appella-
tio.

II.
Definitio.

III.
Ratio &
vsus.

IV.
Differētia.

INDEX.

- gotiorum gestoribus Iacob. à Canib. part. i. nu. 14. 15.
2. A procuratoribus. d. part. i. nu. 16. 3. A legata-
rijs seu fideicommissarijs d. part. i. nu. 17. 18.
- v. SPECIES. Executorum alijs sunt testamentarij
Species. alijs legitimi. n. i. fol. 82. His etiam annumerantur Da-
tiui. per Iac. à Canib. part. i. nu. 27. & 28.
- Testamē- Testamentarij executores sunt quos testatores ipsi
tarij exe- deputarunt, ad exequendum voluntatis sue postre-
cutores. mam ordinationem. nu. i. fol. 86.
- Et dantur in testamento, in codicillis & donatione
causa mortis. d. part. i. nu. 23. Hi vero rursus sunt
vel uniuersales vel particulares. nu. i. fol. 86.
- Vniuersales executores qui: & qualiter fiant.
nu. 2. fol. 86.
- Particulares qui: cur constituantur: quibus de
causis & modis scribantur à testatoribus: & quan-
do dicātur méri executores. nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. fol. 86. 87.
- Testamentarius executor & tutor equiparantur.
Iac. à Canib. part. i. nu. 52.
- Legitimi qui sint & quare ita dicantur. Iacob. à
Canib. part. i. nu. 24. item nu. 12. fol. 82.
- Inter legittimos executores numerantur sequentes.
1. Episcopus vel domicily vel originis vel rei sita.
2. Metropolitanus episcopo negligente vel exequi non
valente. 3. Capitulum sede vacante. 4. Delegatus
ab Episcop. 5. Ecclesia. 6. Iudex secularis. Iacob. à
Canib. part. i. nu. 24. & 25.
- Si con-

INDEX.

Si concurrant tres episcopi Originis scil. domicilijs & rei sitae, quis eorum potius ad munus executionis admittatur. distinguitur d. part. i. nu. 26.

Legitimi tunc demū admittuntur, si executores à testatore nō sunt designati, vel designati quidē, ydē verò aut negligentes & perfidi aut absentes sunt, vel excesserūt ē viuis, aut alias reddūtur inhabiles, ut cōmunicati, aut in administratione male versantur, vel officio plane sunt remossi. Hos & similes casus, quibus legitimus executor exequitur, enumerat. Io. Jacob à Canib. §. Quarto tertio. fol. 61 Hinc dicit Oldend. tit. i. nu. 5. & 10. quod episcopus etiam in causis pīs non sit immediatus executor, quandiu à testatore deputatis supersunt, qui officium suum faciunt.

Quid vero agendū, si iudex Ecclesiasticus executores constituat, vel adiungat, alios quam testator ipse ordinavit, docet Oldend. tit. 2. nu. 14.

Datiui executores qui sint: cur sic dicti: & in Datiui ex quorum præsentia constituendi, Jacob. à Canib. part. i. executores, nu. 27. 28.

Datiuo non est opus donec superest legitimus. nu. 5.
fol. 62.

Qui executores dari possunt
vel non.

Qui executionis munus suscipere possint vel non
O 3 possint

VI.
Personæ
q̄ execu-
toris mu-
nere fungi
possunt.

INDEX.

possint enumeratur per Iac. à Canib. part. i. à num. 29.
vijq. 55. &c. per Oldend. tit. 4. &c. 5.

Executio transit ad successorem. numero 6. fol. 63.
Declaratur eodem fol. numero 7. 8. 9.

Index quoq; civilis ad executionem piarum causa-
rum potest suum impartiri officium. ideo praeven-
tioni locus est. numero 5. folio 92.

Executorum pars minor an possit exequi, maiore
parte impedita vel exequi nolente declaratur. nume-
ro 12. folio 64.

Quando & intra quod tempus exequendum.

vii.
Tempus in-
tra quod
exequen-
dum.

Ad executionem legatorum datur anni spatum,
computandum à die aditæ hereditatis, vel die moni-
tionis per magistratum ciuilem vel Ecclesiasticum fa-
ctæ. In pījs vero legatis præscribuntur sex menses, nu-
merandi à tempore insinuati testamenti. Iaco. à Canib.
part. i. n. 4. & n. 17. fol. 66. n. 1. & 2. fol. 92. n. 9. fol. 93.

Quod tamen limitatur ut non procedat. 1. Si te-
stator aliud tempus executioni præfixerit, quia tem-
pus à testatore expressum attendi debet. nu. 28. fo. 54.
nu. 3. fol. 92. 2. Si executio in faciendo consistit &
intra annum expediti non potest qualis est cōstructio
magni edificij. eod. fol. & nu. 3. 3. Si non de executio-
ne sed tantum arbitrij declaratione agitur. d. nume. 3.
4. si le-

INDEX.

4. Si legitima ex causa impeditus est executor quominus intra tempus præfixum exequi possit. nume. 6. fol. 93. Secus autem si propria culpa impediretur. numero 30. fol. 55. 5. Si executor ignoraret talia legata, quia tunc non currit tempus. d. num. 30. 6. Notandum quod tempus anni non cedit, antequam executor à magistratu est monitus. nu. 31. fol. 55.

VIII.
Officium
execu-
torum.

De officio executorum.

Executor regulariter non compellitur ut tradit la-
cob. à Canib. part. 1. num. 60. Quoniam inuitus ad of-
ficium quantumvis pius, re integra compelli non po-
test. numero 8. fol. 93.

Verum hoc limitatur octo modis in locis iam alle-
gatis.

Curabit autem executor à superiore ad munus hoc
subeundum compulsus; ut de compulsorio decreto, vel
superioris iussu, testimonium habeat, illud etenim de-
cretum, sua potestatis fundamentum est. Et quamvis
executionis officium sponte aliquando subire queat,
consultus tamen erit, ut hoc faciat superioris authori-
tate, vel in præsentia honestarum personarum. ut
monet. Iacob. à Canib. in §. repetitis. num. 1. C 2.

Executor in munere suo obeundo pondera-
bit. 1. Voluntatem defuncti & normam testa-
mento præscriptam: sin verò hoc à testatore fuerit

INDEX.

intermissum , legum canonumque sanctionibus & locorum consuetudine nitetur. Iacob. à Canib. part. 2. in prin. nu. 21. & 23. 2. Qualitatem & quantitatem rei quæ fidei & dispositioni est commissa , perpendet. Iac. à Canib. part. 2. in prin. nu. 3. 3. Inspicit qualitatem personarum , quibus soluendum est d. par. 2. nu. 7. 4. Considerabit locuples an sit hæreditas , optimeq; soluendo , an vero exilis & tenuis d. part. 2. nu. 9. Ratio huic ponitur , ibidem.

In negotijs arduis suis viribus non confidat executor , sed consulat peritiores d. part. 2. in prin. nu. 16.

I. Executor cautionem præstare tenetur d. §. repetitius. nu. 3.
Cautionē præstat.

Limitatur vero hæc reg. quod locum non habet , in executore legitimo , cum enim fides ipsius per legem sit approbata à cautionibus præstandis censetur immunit. d. §. repetitis nu. 12. Idem quoq; simili ratione obseruatur in executore testamentario , ut is etiā ad cautiones præstandas non astringatur. d. n. 12. Nisi in tribus casibus positis subseq. nu. 13.

Quibus deinde casibus executor à iudice datus , eiusmodi cautionem præstare non teneatur , allegat Iac. à Canib. d. nu. 12.

De quatuor cautionibus præstandis cauetur d. §. repetitis. nu. 6. 7. 8. & 9.

Cautio vitiosa pro non facta habetur d. §. repet. nu. 5.

Executor

INDEX.

2. Executor inuentarium tenetur confidere d. §. repetitis. nu. 14. Quod sex puncta continere debet. de quibus ibidem, nu. 15. 16. & seq. Excusatur tamen à confectione inuentarij. 1. Si iustas & rationabiles causas habet, ut si laborasset morbo sōntico. 2. Si testator, vel index aut etiam loci consuetudo inuentarij confectionem remisisset. 3. Si executor ad unam rem tantum sit datus, d. §. repetitis, nu. 21. 22. 23. 24. 25.
3. De conuocandis consulendis sue collegis. Quando etiam unus agere & exequi possit sine alijs traditur, d. §. repetitis, nu. 26. 27. & seq.
4. Hæredem cogit executor ad adeundam hæreditatem, nu. 1. fol. 38. Huius ratio ibidem. An vero eundem ad soluendum compellat & an ad hoc ei detur actio, declaratur, num. 4. 5. 6. & 7. fol. 38. Vbi post aliquot opiniones allegatas author ponit regulā, quod scilicet.
- Executor agere non potest, num. 8. fol. 40. Deinde eandem regulam limitat quatuor modis ut nu. 9. 10. 11. 12. eodem fol. 40. Quintæ limitationis loco notandum de æquitate canonica executori actionem semper dari, num. 12. in fin. fol. 41.
- De hærede cogendo ut debita hæreditaria exigat, num. 13. fol. 41.
5. Procuratorem constituit executor secundum distincti authoris. num. 15. 16. fol. 41. & 42.

2.
Inuentariū
conficit.

3.
Collegas
adhibet in
cōsilium.

4.
Hæredem
compellit
ut adeat.

5.
Procura-
torem cō-
stituit.

O 5

6. Exe-
stituit.

INDEX.

6. Actiones intentat.
6. Executori datur actio. 1. Ex testamento, & hypothecaria, si in testamento aliquid ei fuit relictum.
2. Conditio ex l. nulli. C. de episc. & cleric. si nudus est minister & ex testamento nihil consequitur.
3. Utiles, si non proprio sed heredum & legatariorum nomine agit. num. 17. 18. 19. fol. 42. 43.
Et executor utilem actionem habens præfertur, si concurredit cum herede vel legatario habente directam. num. 22. fol. 43.
- De reconueniendo executore habetur. numero 23. fol. 44.
- Executor cui legatum, vel commissum quid est, bona fide potest agere aduersus heredem & iudicis officium implorare. num. 3. fol. 90.
- Coram quo iudice agere possit executor, declaratur num. 7. fol. 72.
- Præterea unus executorum potest ab altero exigere id quod debet. num. 7. fol. 91.
7. Vendit.
7. Vendere vel permutare an possit executor rem non legatam in iuto herede. num. 27. fol. 45. Disting. num. 28. 29. & 30. d. fol. 45. item num. 2. fol. 90. Et requisita in ista venditione obseruanda traduntur. fol. 45. num. 32. 33. 34. 85. & 36.
- Hic etiam notandum si executor in venditione rei pupillaris, pactum de retrouendendo adiecit, quod emptor in præiudicium pupilli vendere non potest. num. 37. fol. 45.
- In posse

INDEX.

9. In possessionem mittit legatarium & quid de
hærede & fideicommissario uniuersali. nu. 24. fol. 44. 8.
In posses-
sionem
9. Ad ultimarum voluntatum executionem quoq;
pertinet, ut executor distribuat diuidat & dispartiat. 9.
Distribuit.
num. 1. fol. 48.

Hoc verò ut ritè & legitimè peragatur spectare
debet executor. 1. Causam, quo iure res debeatur, an
iure scilic. naturali tantū, vel ciuili tantū, vel utroq;
simul. Nam quod utroq; iure debetur, utpote ciuili
& naturali id omnino pendi debet. Et licet in foro
contentioso sæpe à nobis exigi non possint res, quæ na-
turaliter tantum sunt debitæ, ubi videlicet naturalem
obligationem ius ciuale non corroborat: in foro tamen
conscientiæ ad earundem restitutionem tenemur. Pro-
inde quindecim casus restitutionis enumerantur. n. 3.
fol. 49. & seq. in quibus executor conscientiam de-
functi exonerare debet. 2. Considerare debet personas
quibus dandum. num. 36. 37. fol. 56. 3. Res quæ dari
& distribui debent. num. 32. fol. 55. 4. Tempus intra
quod res distribuenda. num. 27. fol. 54. de quo suprà
Quando & intra quod tempus exequendum.

10. Administrationis suæ rationem executor red-
dere tenetur. num. 1. fol. 57. An vero testatoris di-
spositione ab hoc onere fiat immunis discutitur. nu-
mero 2. folio 58. 10.
Rationem
reddit.

Cui

INDEX.

Cui reddenda sit ratio, qualiter & quando, item
qua actione petatur. habetur in toto. §. Nouissimum,
fol. 57. & fol. 94. tit. 8.

Officium
legitimi ex
ecutoris.

Magistratus in exequendis ultimis voluntatibus
dilations damnosas rescindere & omnia secundum
personarum & rerum circumstantias ponderare de-
bet. num. 4. fol. 92.

Episcopus potest bona à defuncto male quæsita &
in foro cōscientiæ restitutioni obnoxia erogare in pau-
peres, si bona sunt incerta, sc̄us verò si certa sunt. nu-
me. 29. fol. 68. An verò hæc incerta bona episco-
pus pro Ecclesiarum reparatione, retinere possit, iam
allegato loco examinatur.

Officium
datiui.

Datiui executoris idem ferè officium est quod exe-
cutoris testamentarij. §. Quære quarto. fol. 70.

Officium
honorarij.
ix.

Honorarij executores qui dicātur & quod corum
officium sit, tractatur. num. 6. 7. folio 91.

Commo-
dum siue
Salarium.

x. Sex cōmoda quæ executor officij sui ratione per-
cipere potest, recensentur, fol. 71. 72. 73.

x.
Excusa-
tio.

x. De excusationibus executorum agitur, num. 13.

& 14. fol. 74.

x i.
Remotio.

x i. Executor malè administrans remouetur. Et quæ

incommoda ei hinc euéniant. num. 28. & seq. fol. 77.

x ii. Modi deniq; quibus finitur executoris officium,

traduntur, fol. 75. 76. 77.

IN-

INDEX MISCELLANEORVM quæ ad analysin non spectabant.

- Abbas potest esse iudex. 10.
Iaco. à Can. part. 1. nu. 36.
Et procurator. d. p. 1. n. 35
- Ablata malè si sint incerta
eorum dominium trans-
fertur in possessorem. n. 28
fol. 68.
- Accrescit legatarijs super-
stitibus, si usufructu plu-
rib. legato unus defecerit.
numero 11. fol. 64.
- Actionē habens, si non vult
agere, reddēdo liberatur.
numero 13. fol. 41.
- Actiones directa via tran-
seunt in hæredes, sed fal-
lit. numero 21. fol. 43.
- Adimplere, perfectionē si-
gnificat. num. 3. fol. 71.
- Almenta debentur de iure
canonico etiam naturali-
bus. nu. 37. fol. 57. Et præ-
scribuntur triginta an-
nis. ibidem.
- Cautio vitiosa pro non facta
habetur §. repetitis. nu. 5.
- Cautionū species. d. §. rep. n. 4
- Cautionum materia remis-
sive §. repetitis. nu. 4.
- Cœptum ab uno alter com-
plete potest. nu. 11. fol. 64.
- Consensus requiritur omniū
eorū qui lædūtur. n. 33. f. 69
- Delegatus ad uniuersitatem
causarum, in delegando
maiores habet authori-
tate, quam delegatus ad
vnā causā tantū. n. 7. f. 39
- Delegati ad uniuersitatem
causarum, officium, non
expirat lata sententia Et
appellatione interposita,
secus tamen in legato spe-
ciali. numero 8. fol. 40
- Dioecesani appellatione com-
prehēditur episcopus Iac.
à Canib. part. 1. nu. 25.
- Distribuere quid. d. pa. 1. n. 9
- Ele-

INDEX.

- E**lemosyna dari nō debet de-
rapina. num. 27. fol. 68.
Episcopus nemini rationem
reddit nisi Deo. n. 2. f. 58.
Episcopo triplex cura incum-
bit. num. 35. fol. 69.
Exequi, verbum quam va-
riè accipiatur. nu. fol. 80.
Facta multa tenet quæ pro-
hibentur fieri. n. 35. f. 36.
Heres quando de cunctione
teneatur. num. 26. fol. 45.
Inſinuationis effectus est ut
quæ semel peruererunt
ad notitiam publicam
deinde non possint inter-
nuntiari. num. 11. fol. 84.
Iudicis officium non proce-
dit à radice obligationis
sed ab æquitate. n. 6. f. 39.
Legatum ratione incertitu-
dinis vitiatur Iac. à Ca-
nib. part. 1. numero 53.
Mandata etiam si ipso iure
nulla sint, causæ tamen
rationabiles allegari de-
lib. coll. Soc. Jsu Paderb. a. 1614. sian
- bent, ut sit excusatus in,
qui non paruit. n. 15. fo. 85
Minorem 25. annis ad pro-
curationis munus ad-
mittit consuetudo. Iaco. à
Canib. part. 1. nume. 44.
Notarij non coguntur dona-
re vel remittere merce-
dem laborum suorū nisi
salarium habeant de pu-
blico. num. 6. fol. 72.
Nudus minister quis dica-
tur. numero 2. fol. 73.
Ordo iudicarius in rebus
paruis non seruatur, sed
leuato velocij omni scrib-
puloſitate sedata proce-
ditur. Iac. à Canib. par. 2.
in princ. num. 4.
Paria facere, quomodo in-
telligatur. num. 12. fo. 97.
Pater recipiendo legatū co-
gitur filium emancipare
Iaco. à Canib. part. 1. nu-
mro 26.
Pauperibus expedit ecclē-
sia. s. 1614. sian



INDEX.

- siam reparari. n. 36. f. 69.
Principi licet conferre cum
alterius iactura. nume-
ro 32. fol. 69.
Procurator incertus consti-
tui non potest. d. part. 1.
numero 52.
Procuratores sancti Marci
Venetijs, quibus execu-
toribus equiparentur.
numero 33. fol. 78.
Prohibetur multa fieri que
tamen facta valent: ex-
empla sunt de clero &
milite. d. part. 1. nu. 38.
Raperè dicitur, qui tenet ero
ganda pauperibus. nu-
mero 30. fol. 69.
Repudiatio hæreditatis vi-
detur fieri in fraudē le-
gatiorum. num. 1. f. 38.
Restitutionis casus quin-
decim enumerantur. nu. 3.
cum seq. fol. 49.
Satisfare non cogitur qui
pauperum nomine agit.
num. 20. fol. 43.
Tacens quando videtur con-
- sentire. Iac. à Canib. par. 1
num. 67.
Testator non potest prohibe-
re, quin leges in suo te-
stamento locum sibi ven-
dident. num. 5. fol. 39.
Tutor recipiendo legatum
censetur acceptare tute-
lam. Iaco. à Canib. part. 1.
numero 61.
Tutor & curator non satis-
fiant de iudicato soluen-
do nec rem ratam domi-
num habiturum. Iacob.
Iacob. à Canib. part. 2. §.
repetitis. numero 10.
Voluntas defuncti non im-
mutanda etiam per re-
scriptum principis. nn-
mero 4. fol. 83.
Voluntas ultima proprie non
dicitur sententia sed lar-
go modo. Iaco. à Canib. d.
part. 1. num. 6.
Et, dictio, non denotat cōdi-
tionem sed modum qui
necessario est implendus.
d. part. 1. numero 12.



Th
4837